pb̄r nepos eius equū qm̄ ſedere conſue
uerat vendidiſſet. atq3 hoc ipſū in archa
ſua precium haberet. Abſente igit̄ eodē
nepote ſuo acceſſit ad archā ꝛ pie vio
lent⁹ clauſtra arche cōminuit duodecim
aureos tulit. eoſq3 indigētib⁹ ut placuit
diuidit. Itaq3 Conſtanci⁹ pb̄r reuerſ⁹
ex ope archā fractam repit et caballi
ſui preciū qd in eam poſuerat nō inue-
nit. Cepit itaq3 voce magna pſtrepere
et cū furore nimio clamare Om̄s ƀ vi-
uunt. ſolus ego ī domo hac viuere nō
poſſum. Ad cui⁹ nimiꝝ voces venit ep̄s
om̄ſq3 qui in eodem epiſcopio aderant.
Cūq3 cū locucione blanda vir dei tem
ptare voluiſſet. cepit ille cum iurgio re
ſpondere dicens. Om̄s tecū viuunt. ſol⁹
ego ante te hic viuere non poſſū. Redde
michi ſolidos meos. Quib⁹ vocib⁹ com
motus ep̄s beate marie virginis eccleſi-
am ingreſſus eſt ꝛ expanſis manib⁹ ſtā
do cepit orare ut ei redderet vnde pb̄ri
furentis inſania mitigari potuiſſet. Cūq3
ſubito oculos ad veſtimentū ſuū int̄ ex-
tenſa brachia reduxit. repente ī ſinu ſuo
duodecim aureos inuenit ita fulgentes
tāq̄ ſi ex igne pducti eadē hora fuiſſēt
Qui mox de eccl'ia egreſſus eos in ſinū
furentis pb̄ri pieat dicens. Ecce habes
ſolidos quos queſiſti. ſ3 hoc tibi notū ſit
qꝛ poſt mortē meam. tu hui⁹ eccl'ie ep̄s
nō eris ꝓpter tuā auariciā. Ex qua ſentē
cia veritatis colligitur. qꝛ eoſdē ſolidos
pb̄r p adipiſcendo epiſcopatu ꝑparabat
ſed viri dei ſermo preualuit. Nā iſdem
Conſtancius in pb̄ratus officio vitam
finiuit.
Alio q3 tempore duo ad eū Gothi
hoſpitalitatis gracia venerūt Qui
rauennā ſe feſtinare pfeſſi ſunt. Quib⁹
ipſe paruū uas ligneū vino plenū ma
nu ſua prebuit qd fortaſſe in prandio
itineris habere potuiſſent. ex q̄ illi quo
aduſq3 rauennā venirēt Goti biberunt.
Aliq̄ntis āt dieb⁹ in eadem ciuitate mo
rati ſūt ꝛ vinū qd a ſancto viro accepe
rant cottidie in vſu habuerunt. Sicq3
vſq3 ad eundē venerabilē patrē ferentes
reuerſi ſūt ut nullo die ceſſarent bibere
et tn̄ vinū eis ex illo vaſculo nūq̄ deeſ
ſet. ac ſi in illo vaſe ligneo qd ep̄s eis
dederat vinū nō augeret. ſ3 naſceret.
Super q3 de eiuſdem loci partib⁹. ſe-
nex quidam clericus aduenit. et
ea que ipſe de eo narrat ſilencio nō ſūt
pretereunda. Nā dicit q quadā die in-
greſſus ortū magna hunc erucaꝝ mul-
titudine inuenit eſſe coopertum. Qui om
ne holus in eo decipere cōſpiciens ad eaſ-
dem erucas cōuerſus dixit. Adiuro vos

in nomine dñi ihesu cristi recedite hinc
atqꝫ hec holera cōmedere nolite. Que
ſtatim ad viri dei verbum ita oēs egreſ
ſe ſunt ut nec vna quidē intra ſpaciū
orti remaneret. Sꝫ quid mirum ꝙ hec
de epiſcopatus eius tempore narramuſ.
quādo iā ab omnipotente deo ordine ſi-
mul ⁊ moribꝫ creuerat dum illa magis
miranda ſint que eum hic ſenex clericꝰ
adhuc puerulum feciſſe teſtatur. Nā ait
ꝙ eo tempore quo cum matre ſua puer
habitabat. egreſſus hoſpicio nō nunꝙ̄
ſine linea crebro etiā ſine tunica reuer
tebatur qꝛ mox ut nudum quēpiam in
uenit veſtiebat hic ſe expoliās ut ſe ante
dei oculos illius mercede veſtiret. Quē
mater ſua frequenter increpare cōſue
uerat dicens ꝙ iuſtum non eſſet ut ipſe
inops paupibꝫ veſtimenta largiretur.
Que die quadam horreum ingreſſa pe-
ne omne triticum qđ ſibi in expendiū
tocius anni ꝑparauit inuenit a filio ſuo
pauperibꝫ erogatum. Cūqꝫ ſemetipſam
alapis pugniſqꝫ tunderet ꝙ quaſi anni
ſubſidia perdidiſſet ſuperuenit bonifaciꝰ
puer dei eamqꝫ verbis quibꝫ valuit cō-
ſolari cepit. Que cum nichil conſolacio
nis admitteret hanc rogauit ut ab hor
reo exire debuiſſet in quo ex omni eorū
tritico parum quid inuentū eſt remanſ-
ſiſſe. Puer autem dei ſeſe illic ꝓtinus in
oracionem dedit qui poſt paululum e
greſſus ab horreo matrem reduxit qđ
ita tritico plenū inuentum eſt ſicut ple
num ante nō fuerat vnde mater illiꝰ toci
us anni ſūptus ſe ꝯgregaſſe gaudebat
Quo viſo miraculo cōpuncta mater
iam ipſa cepit hortari ut daret qui ſic
celeriter poſſet que petiſſet accipere. Hec
itaqꝫ in hoſpicij ſui veſtibulo gallinaſ
nutrire conſueuerat ſꝫ eas ex vicino ru-
re vulpis veniens auferebat. Quadam
vero die dum in eodem veſtibulo puer
Bonefacius ſtaret vulpes ex more venit
gallinam abſtulit. Ipſe autem concitꝰ
eccleſiam intrauit et ſe in oracionē pro
ſternens apertis vocibus dixit. Placet
tibi domine vt de nutrimentis matriſ
mee manducare non poſſim. Ecce enim
gallinas quas nutrit vulpis cōmedit.
Qui ab oracione ſurgens eccleſiam eſt
egreſſus. Mox autem vulpes rediit gal
linam quā ore tenebat dimiſit atqꝫ ip
ſa moriēs ante eiꝰ oculos in terrā cecidit

Petruſ.

Alde michi mirum videtur ꝙ ex
audiri preces in ſe ſperandum eti
am in rebus vilibus dignatur deuſ.

Gregoriuſ

Oe petre ex magna cōditoris no
ſtri diſpenſacione agitur vt per
minima que percipimus ſperare maio-
ra debeamus. Exauditus namqꝫ eſt in re
bus vilibus puer ſanctus ⁊ ſimplex. ut
in paruis diſceret quantum de deo pre
ſumere in magnis peticionibus deberet.

Petruſ.

Lacet qđ dicis. Gregoriꝰ.

Lius quoqꝫ vir venerabilis in eiſ
dem partibus fuit Fortunatꝰ no
mine tudertine antiſtes eccleſie qui i ef-
fugandis ſpiritibus immenſe virtutis
gracia pollebat. ita ut non nunꝙ̄ ab
obſeſſis corporibꝫ legiones demonum
pelleret ⁊ ꝯtinuo oracionis ſtudio intē-
tus obiectas cōtra ſe eorū multitudines
ſuperaret. Huiꝰ viri familiariſſimus fuit
Julianꝰ noſtre eccľie defenſor qui añ nō
longū tempus in hac vrbe defunctus eſt.
Cuius ego ꝗ hoc didici relacione quod
narro quia ſepe geſtis illius vſu famili
aritatis interera t. eiuſqꝫ poſt memoriā
ad inſtructionem noſtram quaſi fauū
dulcedinem in ore retinebat.

atrona quedā nobilis in vicinis
partibus Thuscie viꝝ habebat.
que intra breue temp⁹ quo filiū ei⁹ acce
perat cū eadem socru sua ad dedica cionē
oratorij beati sebastiani martiris fuerat
inuitata. Nocte vero eadē qua subsequē-
te die ad dedicacōez predicti oratorij fu
erat ꝓcessura voluptate carnis deuicta
a viro suo sese abstinere nō potuit. Cū
q; mane facto ↄsciencia deterreret perpe
trata carnis delectacio. ꝓcessiōez vero im
peraret verecūdia. plus erubescēs vultum
hominū q̄ dei iudiciū metuens. cū socru
sua ad dedicacionem oratorij ꝓcessit.
Mox vero ut relique beati sebastiani mar
tiris oratoriū ingresse sūt eandē predi-
ctam matronā malignus spiritus ar-
ripuit et corā omni populo vexare ce-
pit. Eiusdem vero oratorij presbiter dū
eam vehementissime vexari cōspiceret. ex
altari ꝓtinus syndonē tulit eamq; ope
ruit. ſ; et hūc simul repente dyabolus in
uasit. Et q2 ultra vires voluit quicq̄
presumere compulsus est. et ipse cogno
scere in sua vexacione quid esset. Hij ve
ro qui aderāt puellā in manib; ex ora-
torio sublatam ad domū ꝓpriam repor
tauerunt. Cumq; hanc antiqu⁹ hostis
vexacione cōtinua vehementer attereret
ꝓpinqui sui eam carnaliter amantes. ⁊
amando ꝓsequentes ad obtinendū salu
tis remedium maleficis tradiderūt ut ei⁹
animā funditus extinguerēt cui⁹ carni
magicis artib; ad tempus ꝓdesse cona-
rentur. Ducta est itaq; ad fluuiū. atq;
in aquā mersa ibiq; diuicius in cantacio
nibus agere malefici moliebantur ut is
qui eam inuaserat dyabolus exiret. Sz
miro omnipotētis dei iudicio. dū arte p-
uersa vnus ab ea repellit. in eam subito
legio intrauit. Cepit ex hoc illa tot mo
tib; agitari tot vocib; clamoribusq; ꝑ
strepere quot spiritib; tenebatur. Tunc
inito ↄsilio parentes eius sue pfidie cul
pam fatentes hanc ad venerabilē virum
Fortunatū epm̄ deduxerūt eiq; relique
runt. Qua ille suscepta multis se dieb;
ac noctib; in oracōem dedit. tantoq; an
nisu precib; incubuit quanto ⁊ in vno
corpore ↄtra se assistere legionis aciem
inuenit. Quā post nō multos dies ita
sanam atq; incolomem reddidit ac si in
ea ius ꝓprium dyabolus nūq̄ habuisset
Lio q; tempore jsdem vir omnipo
tentis dei famulus ex obsesso quo
dam homine inmūdum spiritum excus
sit. Qui malignus spiritus cum vespe-
rascente iam die secretā ab omnib; ho-
ram cerneret. peregrinū quēpiam esse se
simulās circuire cepit ciuitatis plateas
et clamare O virū sanctum fortunatū
epm̄. ecce quid fecit peregrinū hominē
de hospicio suo expulit. Quero vbi re-
quiescere debeam ⁊ in ciuitate ei⁹ nec in
uenio. Tūc quidā in hospicio cū uxore
sua ⁊ paruulo filio ad prunas sedebat
Qui vocem eius audiens ⁊ quid epūs
ei fecerit requirens hūc inuitauit hospi
cio sedere secum iuxta prunas fecit. Cūq;
vicissim aliqua ↄfabularent paruulum
eius filium jsdem malignus spiritus in-
trauit atq; in easdem prunas proieat.
ibiq; mox ei⁹ animam excussit Qui or-
batus miser vel quem ipse susceperit vel
quem epūs expulit agnouit. Petrus.
Vid nam hoc esse dicimus ut oc-
cidendi ausum in eius hospicio an
tiqu⁹ hostis acciperet qui hūnc peregri-
num estimās ad se hospitalitatis gracia
vocauit. Gregorius.
Vlta Petre videntur bona ſ; non
sūt q2 bono animo nō fiunt. Vn̄
et in euangelio veritas dicit. Si ocul⁹
tuus nequā fuerit totum corpus tuum

tenebroſum erit. qꝛ cū peruerſa eſt inten
cio que precedit. prauū eſt omne opuſ
qḋ ſequit̃ q̄uis eſſe rectū videat̃. Ego
namq; hūc viꝝ qui dū quaſi hoſpitali
tatem exhiberet orbatus eſt. non pietaſ
tis ope delectant eſtimo. ſed epiſcopi de
rogacione. Nam pena ſubſequēs inno
tuit. quia precedens illa ſuſcepcio ſine
culpa non fuit. Sunt namq; nōnulli
qui idcirco facere bona ſtudent ut graciſ
am aliene operacionis obnubilent. nec
paſcuntur bono qḋ faciunt. ſ; laude boni
qua ceteros premunt. Qua de re exiſti
mo hunc virum qui malignum ſpiritū
in hoſpitalitatem ſuſcepit. oſtēdacionē
boni pocius intendiſſe q̄ opam. ut meli
ora quā epiſcopꝰ feciſſe videretur qua
tenus ipſe ſuſciperet eum quē vir domi
ni Fortunatus expuliſſet ita eſt ut dici
tur nā finis opis ꝓbat q̄ munda inten
cio operacionis non fuerit.

Alio q; tempore dum oculorum
quidam lumen amiſiſſet ad hūc
deductus interceſſionis eius opem pecijt
et impetrauit. Nam cū vir dei oracione
facta oculis eius ſignum crucis impri
meret ab eo luce reddita nox cecitatiſ
abſceſſit. Preterea equus cuiuſdam mili
tis in rabiem fuerat verſus ita vt a mul
tis teneri vix potuiſſet. ſed quoſcumq;
potuit inuaderet et eorū membra mor
ſib; delamaret. Tūc ut cumq; a multiſ
ligatus ad virum dei deductus eſt. Qui
mox eius capiti extenſa manu ſignū cru
cis edidit cūctā eius rabiem in manſue
tudinem mutauit ita ut poſtea mitior
exiſteret quā ante illā inſaniam fuiſſet.
Tunc iſdem miles equū ſuum quem cre
delerrime ex miraculi impio a ſua veſania
vidit immutatū. eidem ſancto viro de
creuit offerēdum. Quē cū ſuſcipere ille
rennueret ipe vero in pab; ne deſpiceret
eius oblacio perſeueraret. ſanctꝰ vir me
dia duarum parcium viam tenens ⁊ pe
ticionem militis audiuit. et munꝰ recipe
re pro exhibita virtute recuſauit. priuſ
namq; dignum precium prebuit ⁊ po
ſtea equum quē ſibi offerebat accepit.
Quia enī ſi nō ſuſciperet eum contriſtari
conſpexerat caritate cogente emit qḋ neceſ
ſarium non habebat. Neq; hoc ſilere de
huiꝰ viri virtutib; debeo q̄ ante dies fe
re duodecim audiui. Quidam nāq; ad
me deductꝰ eſt ſenex pauper. atq; ut mi
chi ſenum collocucio eſſe ſemꝑ amabi
lis ſolet. ſtudioſe hunc vnde eſſet inqui
ſiui qui ſe eſſe de Tudertina ciuitate re
ſpondit. Cui inq̄. Queſo te pater num
fortunatum epiſcopum noſti. Qui ait.
Noui ⁊ bene noui. Tunc ipſe ſubiunxi
Dic ergo ſi qua illiꝰ miracula noſti. et
deſideranti michi qualis vir fuerit inno
teſce. Qui ait homo ille ab iſtis homini
bus longe fuit quos videmus modo.
Nam quicquid ab omnipotente deo pe
cijt ita dum peteret impetrauit. Cuiꝰ hoc
vnum narrō miraculum qḋ ad preſenſ
animo occurrit. Quadā namq; die Go
thi iuxta Tudertinā ciuitatem venerunt
qui ad partes Rauenne properabant ⁊
duos paruulos puerulos de poſſeſſione
abſtulerant que poſſeſſio prefate Tuder
tine ciuitati ſubiacebat. Hoc cum viro
ſanctiſſimo fortunato nunciatum fuiſ
ſet ꝓtinꝰ miſit atq; eoſdem Gothos ad
ſe vocari fecit. Quos blando ſermone
alloquens eorum prius ſtuduit aſperi
tatē placare ac poſt intulit dicēs Qua
le vultis preciū dabo et puerulos quos
abſtuliſtis reddite michiq; hoc gracie
veſtre munus prebete. Tūc is qui prior
eorum eſſe videbatur Reſpondit dicenſ
Quicqd aliud p̃apis facere parati ſumꝰ
Nā iſtos puerulos nullatenꝰ reddemuſ

Cui venerandus vir blande minat⁹ di-
cit. Contriſtas me ⁊ non audis patrem
tuum. Noli me ↄtriſtare nã nõ expedit
tibi. Sed iſdem Goch⁹ in cordis ſui fe-
ritate ꝑmanens negando diſceſſit. Die
vero altera digreſſurus rurſus ad epm̄
venit. Quẽ iſdẽ verbis ꝓ predictis pue
rulis iterū epꝯ rogauit. Cumqꝫ ad red-
dendum nullo modo ↄſentire voluiſſet.
cõtriſtatus epꝯ dixit. Scio qꝛ tibi non
expedit qđ me cõtriſtato diſcedis. Que
Goch⁹ verba deſpiciens ad hoſpiciū reu
ſus eoſdem pueros de quibꝫ agebatur.
equis ſup impoſitos cū ſuis hominibus
premiſit ipſe vero ſtatim aſcẽdẽs equū
ſubſecutus eſt. Cumqꝫ in eadem ciuitate
ante beati petri apl'i eccl'iaꝫ veniſſet equs
eius pes lapſus eſt. Qui cū eo corruit
et ei⁹ coxa mox fracta eſt ita ut in dua
bus partibꝫ os eſſet diuiſum. Leuatuſqꝫ
in manibꝫ reduct⁹ eſt ad hoſpiciū. Qui
feſtin⁹ miſit ⁊ pueros quos premiſerat
reduxit. et viro venerabili fortunato mã
dauit dicẽs Rogo te pater mitte ad me
dyaconū tuū. Cui⁹ dyacon⁹ dum ad ia
centem veniſſet pueros quos redditurū
ſe epo omnino negauerat ad medū de
duxit. eoſqꝫ dyacono illi⁹ reddidit dicẽs
Vade ⁊ dic dño meo epo. qꝛ maledixi-
ſti michi ecce perculſus ſū. Sed pueros
quos queſiſti recipe ⁊ ꝓ me rogo inter-
cede. Suſceptis itaqꝫ puerulis dyaco-
nus ad epiſcopum reduxit. Cui benedi-
ctam aquã venerabilis Fortunatus de
dit dicens. Vade cicius ⁊ eã ſup iacẽtis
corpus ꝓice. Perrexit itaqꝫ dyaconus.
atqꝫ ad Gocū ingreſſus benedictam
aquam ſup membra illius aſperſit. Res
mira ⁊ vehementer ſtupenda. Mox ut a
qua benedicta Goci coxam ↄtigit. ita
hominis fractura ſolidata ẽ. et ſaluti pri
ſtine coxa reſtituta ut hora eadẽ d lecto
ſurgeret et aſcenſo equo ita cepit iter a-
gere ac ſi nullã vmqꝫ leſionem corꝑis
ꝑtuliſſet. Factumqꝫ eſt vt qui ſancto vi
ro fortunato pueros cū precio reddere
obediẽcie ſubiectus noluit. eos ſine pre
cio pene ſbactus donauit.

ijs igit̄ expletis ſtudebat adhuc
ſenex de eo ⁊ alia narrare. Sꝫ qꝛ
nõnulli aderant ad quos exhortandos
occupabat. iamqꝫ diei tardior hora in
cubuerat venerabilis fortunati facta mi
chi audire nõ licuit. que audire ſi liceat
ſemper volo. Sed die alia iſdem ſenex
rem de illo magis mirabilem narrauit
dicens.

In eadem Tudertina vrbe Marcellin⁹
quidam bone actionis vir. cū duabus
ſororibꝫ ſuis habitabat. qui eueniente
moleſtia corporis ipſo ſacratiſſimo ve-
ſperaſcente iam ſabbato paſchali defun-
ctus eſt. Cui⁹ corpus cū longius eſſet
efferendū die eodem ſepeliri non potuit
Cumqꝫ mora eſſet temporis ad explen-
dum debitū ſepulture ſorores eius mor-
te eius afflicte occurrerūt flentes ad ve
nerabilem fortunatū eiqꝫ magnis voci-
bus clamare ceperūt Scimus qꝛ aplo
rum vitam tenes. leproſos mundas. ce-
cos illuminas. veni et reſuſcita mortuum
noſtrū. Qui mox ut eorū fratrem cogno
uit defunctum flere ⁊ ipſe etiã de morte
eius cepit eiſqꝫ reſpondere dicens. Rece
dite ⁊ hec dicere nolite qꝛ iuſſio omni-
potentis dei eſt cui cõtraire nullus homi
nū poteſt. Illis itaqꝫ diſcedentibꝫ triſtis
ex morte eius manſit epꝯ. Subſequẽ-
te aūt die dñico ante exſurgentis lucis
crepuſculū vocatis duobꝫ dyaconibus
ſuis perrexit ad domū defuncti accedẽſqꝫ
ad locum vbi corpus iacebat ex anime
ibi ſe in oracionem dedit. Expleta autẽ
prece ſurrexit ⁊ iuxta corpus defuncti

ſedit. Non aūt grandi voce defunctum
per nomen vocauit dicens. Frater mar
celle. Ille autē ac ſi leuiter dormiēs ad
vicinam vocem q̄uis modica fuiſſet. ci
tatus ſtatim oculos aperuit. atq; ad e
piſcopum reſpiciens dixit O quid feciſti
o quid feciſti Cui epiſcopus reſpondit
dicens. Quid feci At ille ait. Duo heſ
terno die venerunt qui me eiicientes ex
corpore in bonum locum duxerunt Ho
die autem unus miſſus eſt qui dixit. Re
ducite eum quia fortunatus epiſcopus
in domum eius venit Quib⁹ verbis ex
pletis mox ex infirmitate conualuit et in
hac vita diucius manſit. Nec tm̄ creden
dum eſt. quia locum quē acceperat per
diderit quia dubium non eſt qd interceſ
ſoris ſui precibus potuit poſt mortem
melius viuere qui ante mortem ſtudu
it omnipotenti deo placere Sʒ cur mul
ta de eius vita dicimus cum nunc vſq;
ad corpus illius tot virtutum documen
ta teneamus. Demoniacos quippe ab
ſoluere egros curare quociens ex fide
expetitur vt viuus conſueuerat hoc inde
ſinenter facere et apud mortua ſua oſ
ſa perſeuerat. Sed libet petre adhuc ad
valerie prouincie partes narracionis mee
verba reducere de quib⁹ me eximia val
de miracula ex ore venerabilis fortuna
ti cuius non longe ſuperius memoriā
feci contigit audiſſe Qui crebro ad me
nunc vſq; veniens dum facta michi ve
terum narrat. noua refectione me ſaciat

Vidam nunc i eadem prouincia
Martirius nomine deuotus val
de omnipotentis dei famulus extitit qui
hoc de virtutib⁹ ſuis teſtimonij ſignum
dedit. Dū quadam die fratres illius pa
nem ſubcinericium feciſſent atq; obliti
eſſent crucis ſignū imponere. ſicut i hac
prouincia crudi panes ligno ſigri ſolent
ut per quadras quatuor partiti videan
tur idem dei famulus affuit eiſq; referen
tibus ſignatū non fuiſſe cognouit Cū
q; iam panis ille prunis eſſet et cinerib⁹
coopertus dixit. Quare hūc minime ſi
gnaſtis Qui hec dicens ſignum crucis
digito contra prunas fecit. quo ſignan
te protinus immenſum crepitum panis
dedit ac ſi ingens in ignibus olla cre
puiſſet. Qui dum coctus poſtmodum
fuiſſet ab igne ſubtractus ea cruce ſig
natus inuentus eſt quā nō contactus
ſed fides fecerat.
In eo etiam loco interrorina uallis dici
tur que a multis verbo ruſtico interro
cerna nominatur. In qua erat quidam
vir vite venerabilis valde admirabilis
nomine Seuerus eccleſie beate marie
dei genitricis et ſemper virginis ſacerdos
Hunc cum quidam paterfamilias ad
extremum veniſſet diem. miſſis concite
nuncijs rogauit vt ad ſe quantocius
poſſet veniret. ſuiſq; oracionibus pro
peccatis eius intercederet. vt acta de ma
lis ſuis penitencia ſolutus culpa de cor
pore exiret. Qui videlicet ſacerdos mo
pinate contigit vt ad putandam vine
am eſſet occupatus. atq; ad ſe venienti
bus diceret. Antecedite ecce ego vos
ſubſequor. Cumq; videret ſibi in eodem
opere parum aliquid ſupereſſe paululū
moram fecit vt opus quod minimum
reſtabat expleret. Quo expleto cepit ad
egrum pergere eum vero in itinere oc
currentes hij qui prius venerant obui
am facti ſunt dicentes. Pater q̄re tarda
ſti. Noli fatigari q2 iā defunct⁹ eſt Quo
audito ille cōtremuit magniſq; vocib⁹
ſe interfectorē illi⁹ clamare cepit. Flens
itaq; peruenit ad corp⁹ defuncti ſeq; corā
lecto illi⁹ cum lacrimis in terram dedit.

Cumqꝫ iam vehementer flerꝫ· in terra caput tunderet. ſeqꝫ reum mortis illiꝰ clamaret repente is qui defunctꝰ fuerat animam recepit Quod cū multi qui circumſtabant aſpicerent ā miracōis vocibus emiſſis ceperūt ampliꝰ flere pregaudio Cumqꝫ eum requirerent vbi fuerit. vel quomodo rediſſet ait Tetri valde erant homines qui me ducebant ex quorum ore ac naribꝫ ignis exibat quē tollerare nō poteram . Cumqꝫ ꝑ obſcura loca me ducerent ſubito pulchre viſionis iuuenis cū alijs nob euntibꝫ obuiā factus eſt. qui me trahentibꝫ dix. Reducite illum qr ſeuerꝰ pbr plāgit Eius em̄ lacrimis dominꝰ eum donauit. Qui ſcilicet ſeuerus ꝓtinus de terra ſurrexit eiqꝫ penitenciam agenti opem ſue interceſſionis prebuit Et dum ꝑ dies ſeptem de ꝑpetratis culpis penitenciā egere rediuiuꝰ ageret· octaua die letus de corpe exiuit Perpende queſo hunc de quo loquimur ſeuerū quā dilectū dn̄s accēdit quē cōtriſtari nec ad modicum pertulit. Petrꝰ

Mirāda ſūt valde q̄ dicis q̄ me inuenio nunc uſqꝫ latuiſſe Sed quid eſſe dicimus ꝙ modo tales viri nequeunt inueniri. Gregorius·

Go Petre multos tales in h̄ ſeculo nec modo deeſſe exiſtimo. neqꝫ em̄ ſi talia ſig̃ nō faciūt ideo tales non ſunt. Vite nāqꝫ vera eſtimacio in virtute eſt opum nō in oſtenſione ſignorū Nam ſūt pleriqꝫ qui ⁊ ſi ſigna nō faciunt ſigna tamen facientibꝫ diſpes non ſunt· Petrꝰ·

Nde michi rogo hoc oſtendi poteſt ꝙ ſint quidam qui ſigna nō faciunt et tñ ſigna facientibꝫ diſſimiles non ſunt· Gregorius.

Vnquid nam neſcis qm̄ paulus apl's Petro apl'orū p̄mo in p̄ncipatu apl'ico frater eſt. Petrus.

Cio plane nec dubiū eſt. qr ⁊ ſi minimus omniū apl'orum. plus tñ omnibꝫ laborauit. Gregoriꝰ.

Vod bn̄ ipſe reminiſceris Petrꝰ ſup mare pedibꝫ ambulauit Paulus in mari naufragiū ꝑtulit et in vno eodēqꝫ elemento ibi Paulus ire cū naui non potuit vbi Petrus pedibꝫ iter fecit Aperte igitur conſtat quia cum vtriuſqꝫ virtus fuerit diſpar ī miraculo· vtriuſqꝫ tñ meritum diſpar non eſt in celo. Petrus.

Lacet fateor omnino qd̄ dicis ecce enim aperte noui. quia vita et non ſigna querenda ſunt Sed quoniam ipſa ſigna que fiunt bone vite teſtimonium ferunt. queſo te adhuc ſi qua ſunt referas ut eſurientem me per exempla bonoꝝ paſcas. Gregoriꝰ·

Ellem tibi in laudibus redemptoris de viri venerabilis Benedicti miraculis aliqua narrare· ſed adhuc explendā hodiernū tempus video nō poſſe ſufficere· Liberius itaqꝫ hec loquimur ſi aliud exordium ſumamus·

Incipit liber ſecundus dyalogorum de
vita ⁊ miraculis ſancti benedicti abbis

Vit vir vite venerabi
lis benedictus dei gra
cia ⁊ nomine ab ipſo
ſue puericie tempore
cor gerens ſenile. Eta
tem quippe moribus
tranſiens nulli voluptati animum de-
dit ſed dum in hac terra adhuc eſſet
quod temporaliter libere vti potuiſſet de
ſpexit iam quaſi aridum mundum cum
flore. Qui liberiori genere ex prouin-
cia nurſie exortus . Rome liberalibus lit
terarum ſtudijs traditus fuerat. Sed
cum in eis multos ire per abrupta vicio
rum cerneret eum quem quaſi in ingreſ
ſum mundi poſuerat retraxit pedem ne ſi
quid de ſciencia eius attingeret ipſe q̃z
poſtmodum in immane precipicium to
tus iret. Deſpectis itaqz litterarum ſtu-
dijs relicta domo rebuſqz patrijs ſoli
deo placere deſiderans ſancte conuerſa
cionis habitum queſiuit . Receſſit igi-
tur ſcienter neſcius et ſapienter indo-
ctus. Huius ergo omnia geſta non
didici ſed pauca que narro quatuor di-
ſcipulis illius referentibus agnoui. Con
ſtancio ſcilicet reuerendiſſimo valde vi
ro qui ei i monaſterij regimine ſucceſ
ſit. Valenciano q̃z qui annis multis la
tranenſi monaſterio p̃fuit Symplicio
qui ꝯgregacionem illius poſt eum ter-
cius rexit honorato eciam qui nunc ad-
huc celle eius in qua prius ꝯuerſatus fu
erat preeſt. Hic itaqz cum iam relictis
litterarum ſtudijs petere deſerta decreuiſ
ſet nutrix que hunc arcius amabat ſo-
la ſecuta eſt. Cumqz ad locum veniſſēt
qui dicitur Efide. multiſqz honeſtioribus
viris p̱ caritate illic detentis in beati Pe
tri eccleſia demorarētur predicta nutrix
illius ad purgandum triticum a vicinis
mulieribus preſtari ſibi capiſterium pe
cijt. Quod ſuper menſa incaute derelictū
caſu accidente fractum eſt ſic ut duabus
partibus inueniretur diuiſum. Quod
mox rediēs nutrix illius ut ita inuenit
vehementiſſime flere cepit quia vas qđ
preſtitum acceperat fractum videbat.
Benedictus autem religioſus et pius
puer cum nutricem ſuam flere conſpice
ret eius dolori conpaſſus ablatis ſecum
vtriuſqz fracti capiſterij partibus ſe ſe
cum lacrimis in oracionē dedit qui ab
oracione ſurgens ita iuxta ſe vas ſanū
reperit ut in eo inueniri fracture nulla
veſtigia potuiſſet. Moxqz nutricem ſu
am blande conſolatus ei ſanum capiſte
rium reddidit quod fractum tulerat
Que res in eodem loco a cunctis eſt
agnita atqz in tanta ammiracione ha
bita ut hoc ipſum capiſterium eius loci
incole in eccleſie ingreſſu ſuſpenderent
quatenus p̃ſentes et futuri oēs agnoſce-
rent a q̃nta Bñdictus puer ꝯuſacōis gra
cia perfectione cepiſſet. Quod annis
multis illic ante omnium oculos fuit
et vſqz ad hec longobardorum tēpora
ſuper fores eccleſie pependit. Sed Be
nedictus plus appetens mala mundi
perpeti quam laudes pro deo laboribus
fatigari quam vite huius fauore extolli
nutricem ſuam occulte fugiens deſerti
loci receſſum pecijt. Cui ſublacus vo-
cabulum eſt qui a romana vrbe qua-
draginta fere miliaribus diſtans frigi
das atqz perſpicuas emanat aquas.
Que illic videlicet aquarum habun
dancia in extenſo prius loco colligitur
ad extremū vero in amnem deriuatur.
Quo dum fugiens pergeret monachus
quidam Romanus nomine hunc eun
tem repperit quo tenderet requiſiuit.

Cuiꝰ cum deſiderium cognouiſſet et ſe-
cretum tenuit·et adiutorium impendit.
eiqꝫ ſancte ↄuerſacionis habitū tradidit
et inquantū licuit miniſtrauit Vir autē
dei ad eundē locum perueniens ī artiſſimā
ſpecum ſe tradidit ⁊ tribꝫ annis excepto
romano monacho omnibꝫ ibi incogni-
tus manſit·Qui videlicet romanꝰ non
longe in monaſterio ſub theodaci pa-
tris regula degebat . Sꝫ pie eiuſdem pa
tris ſui oculis furabatur horas et quem
ſibi ad manducandū ſubripere poterat
diebꝫ certis Benedicto panem ferebat
Ad eandem vero ſpecū a romani cella
iter nō erat qꝛ excelſa deſuper rupis emi
nebat ſꝫ ex eadem rupe in longiſſimo fu
ne ligant romanus deponere panē cō-
ſueuerat·In qua etiā reſti paruū tintin-
nabulum inſeruit ut ad eius ſonū cog
noſceret qn̄ ſibi romanus panem prebe
ret quē exiens acciperet Sꝫ antiquꝰ ho
ſtis vniꝰ caritati inuidēs alteriꝰ refecti-
oni cū quadam die ſubmitti panē con
ſpiceret iactauit lapidē ⁊ tintinnabulū
fregit.Romanus tn̄ modis ↄgruentibꝫ
miniſtrare nō deſijt Cum vero iam deus
omnipotens ⁊ Romanū vellet a labore
quieſcere et benedicti vitam in exēplum
hominū demonſtrare.ut poſita ſup can
delabrum lucerna clareſceret quatenus
omnibus qui in dei domo ſunt luceret
cuidam pb̄ro longius manenti qui refe
ctionem ſibi in paſchali feſtiuitate pa-
rauerat·p viſum dominꝰ apparere dig-
natus eſt dicens.Tu tibi delicias ꝑparaſ
et ſeruꝰ meus illo in loco fame cruciat.
Qui ꝓtinus ſurrexit atqꝫ in ipſa ſolem
nitate paſchali cū alimētis que ſibi pa-
rauerat ad locū tetendit et virum dei per
abrupta moncium·p cōcaua vallium.per
defoſſa terratum queſiuit.eūqꝫ latere in
ſpecu reperit.Cumqꝫ oracione facta et

benedicētes dn̄m omnipotentē ↄſediſſēt
Poſt dulcia vite colloquia.is q̄ adue-
nerat pb̄r dixit Surge ſumamꝰ cibum
qꝛ hodie paſcha eſt.Cui vir dei reſpon-
dit dicens.Scio qꝛ paſcha eſt qꝛ hodie
videre te merui·Longe quippe ab homi
nibꝫ poſitus qꝛ die eodem paſchalis ſo-
lemnitatis eſſet ignorabat·Venerabiliſ
aūt pb̄r rurſus aſſeruit dicens Veraciſ
hodie reſurrectionis dn̄ice paſchalis di-
es eſt abſtinere tibi minime cōgruit.qꝛ
et ego ad hoc miſſus ſū.ut omnipotētis
dei dona pariter ſumamꝰ.Benedicentes
igit̄ dn̄m ſumpſerūt cibū.Expleta itaqꝫ
refectione ⁊ colloquio ad eccl'am ſuam
pb̄r receſſit·Eodem qꝫ tempore hunc in
ſpecu latitantē etiā paſtores inuenerūt
quē dum veſtitū pellibꝫ inter frutecta cer
nerent aliquā beſtiam eſſe crediderunt·
Sed cognoſcentes dei famulū.eoꝝ mul
ti ad pietatis graciā a beſtiali mente mu
tati ſūt.Nomen itaqꝫ eius p viciana lo-
ca innotuit cūctis Factumqꝫ eſt ut ex
illo iam tempore a multis frequentari
cepiſſet·Qui cū ei cibum afferrent cor-
poris ab eius ore in ſuo pectore alimē
ta referebāt vite.Quadam vero die dū
ſolus eſſet temptator affuit.Nam nigra
paruaqꝫ auis que merula nominatur·
circa eiꝰ faciem volitare cepit eiuſqꝫ vul-
tui importune inſiſtere ita ut manu ca
pi poſſet ſi hanc vir ſanctus tenere vo
luiſſet.ſꝫ ſigno crucis edito receſſit auis
Tanta aūt carnis temptacō aue eadem
recedente ſecuta eſt.quantā vir ſanctus
numq̄ꝫ fuerat expertus Quandā namqꝫ
aliquando feminā viderat.quā malignꝰ
ſpiritus ante eiꝰ mentis oculos reduxit.
tantoqꝫ igne ſerui dei animum in ſpecie
illiꝰ accendit.ut dū in eiꝰ pectore amo
ris flāma vim caperet etiā pene deſerere
heremū voluptate victus deliberaret·

Tunc ſubito ſuperna gracia reſpectꝰ ad
ſe metipſum reuerſus eſt. atqꝫ vrticarū
et veprium iuxta denſa ſuccreſcere frute-
cta conſpiciens exutus indumenta nu-
dum ſe in illis ſpinarum aculeis et vrti
carum incendijs ꝓiecit. ibiqꝫ diu volu-
tatus toto ex eis corpore vulneratꝰ exijt
et p cutis vulnera duxit a corpore vul
nus mentis. qꝛ voluptatem traxit in do
lorem. Cumqꝫ pene penaliter foris arde
ret extinxit qd̄ intus illicite ardebat. vi-
cit itaqꝫ peccatum qꝛ mutauit incendiū
Ex quo videlicet tempore ſicut poſt di-
ſcipulis ipe phibebat. ita in eo eſt temp
tacio voluptatis edomita ut tale aliqd
minime ſentiret Ceperūt poſtmodū multi
iā mundū relinqre atqꝫ ad eiꝰ magiſte
rium feſtinare Liber quippe a temptacōis
vicio vere iure iā factꝰ eſt virtutū magi
ſter Vnde in exodo per moyſen pcipit
ut leuite a viginti quinqꝫ ānis et ſup mi
niſtrare debeant ab anno vero quīqua
geſimo cuſtodes vaſoꝝ fiāt. Petrus.

Am quidem ꝓlati teſtimonij michi ali
quantum intellectꝰ interlucet. ſed tn̄ hoc
planiꝰ exponi poſtulo. Gregoriꝰ

Iquet petre qꝛ in iuuētute carnis
temptacio feruet. ab anno autē
quinquageſimo calor corpis frigeſcat
Vaſa aū ſacrata ſūt fideliū mentes. Ele
cti ergo cū adhuc in temptacōe ſūt ſub
eſſe eos ac ſeruire neceſſe eſt et obſeqijs
laboribuſqꝫ fatigari Cū vero iā mentis
etate trāquilla Calor receſſerit tempta-
cionis cuſtodes vaſorū ſūt qꝛ doctores
animaꝝ fiunt. Petrus.

A teor placet qd̄ dicis. ſed qꝛ ꝓlati
teſtimonij clauſa reſeraſti queſo ut
de uita iuſti debeas ea q̄ ſūt inchoata per
currere. Gregorius.

Decedente igitur temptacione vir dei
q̄ſi ſpinis erutis exculta tra d̄ vtu
tum ſegete fecundius fructꝰ dedit Preco-
mio itaqꝫ eximie ꝯuerſacōis celebre no-
men eius habebatur. Nō longe aūt mo
naſterium fuit cuiꝰ congregacōis pater
defunctus eſt omniſqꝫ ex illo ꝯgregacō
ad eundē venerabilē Benedictum venit
et magnis precibꝰ ut eis peſſe deberet pe
cijt Qui diu negando diſtulit ſuis illo
rumqꝫ fratrꝫ moribꝰ ſe ꝯuenire nō poſſe
predixit. ſed victꝰ qn̄qꝫ pcibꝰ aſſenſū dedit
Cūqꝫ in eodē monaſterio regularis vi-
te cuſtodiam teneret. nulliqꝫ ut priꝰ per
actus illicitos in dextrā leuamqꝫ partē
deflectere a ꝯuerſacionis itinere liceret
ſuſcepti fratres inſane ſeuientes ſemetip
ſos priꝰ cauſare ceperūt. qꝛ hūc ſibi pre
eſſe popoſcerant quoꝝ ſcilicet tortitudo
in norma eius rectitudinis offendebat.
Cūqꝫ ſibi ſub eo ꝯſpicerent illicita nō
licere et ſe dolerent vſitata relinquere.
durumqꝫ eſſet qꝛ in mente veteri cogeban
tur noua meditari et qꝛ grauis eſt ſemp
prauis moribꝰ vita bonorū tractare de
eius morte aliquid conati ſūt Qui ini
to conſilio venenū vino miſcuerūt Et
cū vas vitreum in quo ille peſtifer po-
tus habebatur recūbente patre ex more
monaſterij ad benedicendū fuiſſet allatū
extenſa manu Benedictus ſignū crucis
edidit et vas qd̄ longius tenebatur eodē
ſigno rupit. Sicqꝫ cōfractum eſt ac ſi
in illo vaſe mortis p cruce lapidem de
diſſet Intellexit ꝓtinus uir dei qꝛ potum
mortis habuerat qd̄ portare nō potuit
ſignū vite. atqꝫ ilico ſurgēs et voltu pla-
cido mēte tranqlla ꝯuocatis fratribꝰ allo
cutus eſt eos dicēs Miſereatur vr̄i fra
tres omps deꝰ q̄re in me facere iſta uo
luiſtis. Nūqd nō priꝰ dixi uobis qꝛ vr̄is
ac meis moribꝰ nō ꝯuenıret. Ite et iuxta
mores noſtros patrem vobis querite
qꝛ poſt hac me habere minime poteſtis

Tūcq; ad locum dilecte ſolitudinis re
diit ⁊ ſolus in ſuperni ſpectatoris oculis
habitauit ſecum. Petrus

Inus patenter intelligo qđ nam
ſic habitauit ſecū. Gregorius.

I ſanctus vir ꝯtra ſe vnanimiter
cōſpirantes. ſueq; ꝯuerſacioni lon
ge diſſimiles coactus diu ſub ſe tenere
voluiſſet. fortaſſe ſui vigoris vſum et
modum trāquillitatis abſcideret. atq; a
ꝯtemplacionis lumine ſue mentis ocu-
lum declinaſſet. Dūq; cottidie illoꝝ cor
repcione fatigatus minus curaret ſua. et ſe
forſitan relinqueret ⁊ illos nō inueniret.
Nam quociens p cogitacōis motū mi-
nime extra nos ducimur ⁊ nos ſumus.
et nobiſcū nō ſumus qꝛ nos metipſos mi
nime videntes p alia vagamur. An illū
ſecum fuiſſe dicimus qui in longinquam
regionem abiit porcionem quā accepe
rat ꝯſūpſit vni in ea ciuiū adheſit por
cos pauit quos cū manducare videret
ſiliq̄s et eſuriret. tamē cū poſtmodū ce-
pit cogitare bona que pdidit ſcriptū de
illo eſt in ſe reuerſus dixit. quāti merce
narii in domo patris mei habundant
panibus. Si igitur ſecū fuit vnde ad ſe
rediit. Hūc ergo venerabilē virū ſecum
habitaſſe dixerim. qꝛ in ſua ſemp cuſto-
dia circumſpectus ante oculos cōditoris
ſemp aſpiciens ſe ſemp examinās. extra
ſe mentis ſue oculum nō diuulgauit.

Vid ergo qđ d̄ apl'o Petrus
petro ſcriptū eſt. dū de carcere ab
angelo eductus fuiſſet qui ad ſe reuerſus
dixit. Nunc ſcio vere qꝛ miſit dominus
angelum ſuū et eripuit me de manu he
rodis et de omni expectacione plebis
iudeorum. Gregorius.

Vobus modis Petre extra nos du
cimur. qui aut p cogitacōis lapſū
ſub nos metipſos recedimus aut per con
templacionis gracā ſup nos metipſos
leuamur. Ille itaq; qui porcos pauit.
vagacione mentis ⁊ immūdicie ſub ſe
metipſum cecidit. Iſte vero quē angelus
ſoluit eius mentē in extaſym rapuit. ex
tra ſe quidē. ſꝫ ſup ſe metipſū fuit. vterq;
ergo ad ſe rediit. quādo ⁊ ille ab errore
opis ſe collegit ad cor. et iſte a contem
placionis culmine ad hoc rediit. qđ in
intellectu cōmuni ut prius fuit. Venerabi
lis igitur Benedictus nulla ſolitudine
habitabat ſecum inquantū ſe intra cogi
tacionis clauſtra cuſtodiuit. Nā quociēſ-
cumq; hūc ꝯtemplacōis ardor in altum
rapuit. ſe pculdubio ſꝫ ſe reliquit. Petrus

Lacet qđ dicis ſꝫ queſo reſponde-
as ſi deſerere fratres debuit quos
ſemel ſuſcepit. Gregorius.

T ego petre exiſtimo ibi aduna-
ti equanimiter portandi ſūt mali
vbi inueniuntur aliqui qui adiuuent
boni. Nā vbi omnimodo de bonis fructus
deeſt. fit aliquādo de malis labor vacu
us maxime ſi e vicino cauſe ſuppetant
que fructū deo valeant ferre meliorē
Vir itaq; ſanctus propter quē cuſto-
diendū ſtaret. qui omīs vnanimit ſe p-
ſequentes cerneret. Et ſepe agitur in cor
de pfectoꝝ. qđ ſilēcio pretereundū n̄ eſt
ut cū laborem ſuum ſine fructu eſſe ꝯſi
derent in locū aliū ad laborē cū fructu
migrent. Vnde ille q̄ꝫ egregius predica
tor q̄ diſſolui cupit ⁊ cū criſto eſſe. cui
viuere criſtus eſt ⁊ mori lucrū q̄ paſſio
num certamina nō ſolū ipſe appeciit. ſꝫ
ad tolleranda hec ⁊ alios accendit. Da-
maſci pſecucionem paſſus ut potuiſſet
euadere murum funem ſportamq; que
ſiuit. ſeq; latenter deponi voluit. Num-
quid nā paulū mortem dicimus timuiſſe
quā ſe ipſe p amore ihesu teſtatꝰ appete
re. Sꝫ cum in eodem loco minorē ſibi

fructum adeſſe conſpiceret ⁊ graui labo-
re ad laborē ſe alibi cū fructu ſeruauit
Fortis ⁊ enim preliator dei teneri intra
clauſtra noluit certaminis campum q̄ſi
uit Unde iſdē q̈ꝫ venerabilis benedictus
ſi libenter audis adhuc agnoſcis q̈ꝛ viuus
ipſe indociles deſeruit q̄ aliq̄ntos in locis
alijs a morte aīe ſuſcitauit. Petrus
Ita eſt ut doces et manifeſta racio ⁊ p-
latū ꝯgruū teſtimoniū declarat ſꝫ queſo
ut d̄ uita tāti patris ad narracionis or
dinem redeas. Gregorius.

Um ſanctus uir diu in eadē ſolitu
dine virtutibꝫ ſignisq̈ꝫ ſuccreſceret
multi ab eo in eodem loco ad omnipotē
tis dei ſūt ſeruiciū cōgregati ita ut illic
xij. monaſteria cū oīpotentis ihu criſti
domini opitulacione ꝯſtrueret In quibꝫ
ſtatutis patribꝫ duodenos monachos
deputauit paucos vero ſecum retinuit
quos adhuc in ſua p̄ſencia ab eis erudi
ri iudicauit Cepere etiā tunc ad eum ro
mane vrbis nobiles ⁊ religioſi cōcur-
rere. ſuoſq̈ꝫ ei filios omnipotēti deo nu-
triendos dare Tunc q̈ꝫ bone ſpei ſuas ſo
boles Euticiū Maurum Tertullius vero
patricius Placidū tradidit E quibꝫ Mau
rus iunior cū bonis polleret moribꝫ ma
giſter adiutor cepit exiſtere. Placidus
vero puerilis adhuc indolis gerebat an
nos. P̄mo aūt ex eis monaſterijs q̄ cir
cumquaq̈ꝫ cōſtruxerat. quidā monachus
erat qui ad oracionem ſtare nō poterat
ſꝫ mox ut ſe fratres ad ſtudium oracio
nis inclinabant ip̄e egrediebatur foras
et mente vaga terrena aliqua ⁊ tranſi-
toria gerebat. Cumq̈ꝫ ab abbate ſuo ſe
pius fuiſſet āmonitus ad virum dei du
ctus eſt qui ipſe q̈ꝫ ſtulticiā eius vehemē
ter increpauit ⁊ ad monaſterium reuer
ſus vix duobꝫ diebꝫ viri dei ammonici-
onem tenuit. nā die tercia ad vſū ꝓpri
um reuerſus vagari tpe oracōis cepit.
Qd̄ cū ſeruo dei ab eodē monaſterij pa
tre quē ꝯſtituerat nunciatū fuiſſet dixit
Ego venio eūq̈ꝫ per me emendo. Cumq̈ꝫ
vir dei veniſſet ad monaſteriū et cōſtitu
ta hora expleta pſalmodia ſeſe frēs in
oracionē dediſſent aſpexit ꝙ eundē mo
nachum q̄ manere in oracione nō po-
tuit quidā niger puerulus p veſtimenti
fimbriā foras trahebat Tūc eidē patri
monaſterij Pompegiano nomine. Et
Mauro dei famulo ſecrete dixit. Num-
quid non aſpicitis quis eſt qui iſtum
monachum foras trahit Qui reſpon-
dentes dixerunt Non. Quibus ait. Ore
mus ut vos etiam videatis quem iſte
monachus ſequitur Cumq̈ꝫ p biduum
eſſet oratum Maurus monachus vidit.
Pompegianus vero eiuſdem monaſte-
rij pater videre non potuit Die igitur
alia expleta oracione vir dei oratoriū
egreſſus. ſtantē foris monachū reperit
quē p cecitate cordis ſui virga pcuſſit.
Qui ex illo die nil pſuaſionis vlterius
a nigro iam puerulo ptulit ſꝫ ad oraci
onis ſtudiū immobilis pmanſit Sic-
q̈ꝫ antiquus hoſtis dominari nō auſus eſt
in eius cogitacione ac ſi ipſe percuſſus
fuiſſet ex verbere.

X hijs autē monaſterijs que in
eodem loco conſtruxerat tria ſur
ſum in rupibus montis erant et erat
fratribus laborioſum ꝙ ſemper ad la-
cum oportebat deſcendere ut aquā hau
rire debuiſſent maxime quia e diuerſo
montis latere erat graue deſcendentibus
in timore periculum. Tunc collecti fra-
tres ex eiſdem tribus monaſterijs ad
dei famulum Benedictum venerunt di
centes. Laborioſū nobis eſt ꝓpter aquā
cotidie uſq̈ꝫ ad lacū deſcēdere ⁊ idcirco
neceſſe ē ex eodē loco mōſteria mutari

Quos blāde ꝯſolatus dimiſit. et nocte
eadem cū paruo puerulo nomine pla-
cido cuiꝰ ſupenius memoriā feci. eiuſdem
montis aſcend rupem ibiqȝ diuciꝰ ora-
uit. Et oracōe cōpleta tres petras i loco
eodem ꝓ ſigno poſuit atqȝ ad ſuū cun-
ctis illic neſcientibꝫ monaſteriū rediit.
Cumqȝ die alia ad eum ꝓ neceſſitate a
que predicti fratres rediſſent dixit Jte
et rupem illā in qua tres ſuper inuicem
poſitas petras inueneritis modicū caua
te. Valet eīm omnipotens deꝰ etiā i illo
montis cacumine aquā ꝓducere ut vo-
ber laborē tāti itineris dignetur auferre
Qui euntes rupem montis quā benedi-
ctus predixerat iam ſudantem inuene-
runt. Cūqȝ in ea cōcauū locum feciſſent
ſtatim aqua repletus eſt. que tam ſuffi-
cienter emanauit ut nūc vſqȝ vbertim
defluat. atqȝ ab illo montis cacumine
vſqȝ ad inferiora deriuetur.

Alio quoqȝ tēpore Gocius quidā paup
ſpiritu ad cōuerſionē venit quem
vir dn̄i Benedictꝰ libentiſſime ſuſcepit
Quadam vero die ei dare ferramentū
iuſſit qd ad falcis ſimilitudinē falcaſtrū
vocatur. ut de loco quodam vepres ab
ſcinderet quatenꝰ illic fieri ortus deberꝫ
Locus autē ipſe quē mūdandū Gochꝰ
ſuſceperat. ſuper ipſam laci ripā iacebat
Cumqȝ Gochꝰ iſdem denſitatem vepri-
um tocius virtutis annisu ſuccideret. fer
rum de manubrio ꝓſiliēs in lacum ceci
dit Vbi tanta erat aquarū ꝓfundita
vt ſpes requirendi ferramenti nulla iā
eſſet. Jtaqȝ ferro ꝑdito tremebundꝰ ad
maurum monachum cucurrit Gochus
damnum qd fecerat nunciauit. et reatꝰ
ſui egit penitenciā. Quod maurus quoqȝ mo
nachus mox Benedicto famulo dei cu
rauit indicare Vir igit dn̄i Benedictus
hec audiens acceſſit ad locum tulit de
manu Gochi manubriū et miſit in lacū
et mox ferrum de ꝓfundo rediit atqȝ in
manubrium intrauit. Qui ſtatim ferra-
mentū Gocho reddidit dicens Ecce la-
bora et noli contriſtari.

Quadam vero die dū iſdem vene-
rabilis Benedictꝰ in cella ꝯſiſte-
ret Predictus placidus puer ſancti vi
ri monachꝰ ad hauriendā de lacu aquā
egreſſus ē. Qui vas qd tenuerat i aquā
incaute ſubmittēs ipſe quoqȝ cadendo ſecutꝰ
eſt. Quem mox vnda rapuit et pene v-
nius ſagitte curſum eum a terra introrſꝰ
traxit. Vir aūt dei intra cellā poſitus hoc
ꝓtinus agnouit et maurū feſtine voca
uit dicēs Frater maure curre quia puer il
le qui ad hauriendam aquā preꝑerat
in lacum cecidit. Jamqȝ eum longius
vnda trahit Res mira. et poſt petrū apo
ſtolū inuſitata Benedictione et eīm po
ſtulata atqȝ percepta ad patris ſui imꝑe-
rium concitus perexit Maurus. atqȝ vſ
qȝ ad eum locū quo ab vnda ducebat
puer ꝑ terrā ſe ire exiſtimās. ſup aquā
cucurrit eumqȝ ꝑ capillos tenens curſu
rapido rediit. Qui mox ut terrā tetigit
ad ſe reuerſus poſt tergum reſpexit. et
quia ſup aquas cucurriſſet agnouit. et qd
preſumere non potuit ut fieret miratus
extremuit factum Reuerſus itaqȝ ad pa
trem rem geſtam retulit Vir aūt vene-
rabilis Benedictꝰ hoc nō ſuis meritis
ſed illiꝰ obediencie deputare cepit. At ꝯtra
Maurus ꝓ ſolo eius imperio factum di
cebat. ſeqȝ ꝯſcium in illa virtute nō eſſe
quā neſciꝰ feciſſet. Jn hac itaqȝ mutua
humilitatis et amica ꝯtencione acceſſit
arbiter puer qui ereptus eſt qui et dice-
bat Ego cū ex aqua traherer ſup caput
meum melotē abbatis videbam atqȝ ip
ſum me ex aquis educere cōſiderabam.

Petrus.

Agna fuit valde que dicis ꝛ mul
torum edificacioni ꝓ futura . Ego
aūt boni viri miracula quo plus bibo
plus ſicio.                    Gregorius.

Um iam loca eadem in amorem
dei domini noſtri ihesu criſti lōge
lateqꝫ feruescerent ꝛ ſeculare vitam mul
ti relinquerent ꝛ ſub leui redemptoris iu
go ceruicem cordis edomarent Sicut
mos prauoꝝ eſt inuidere alijs virtuti:
bus bonoꝝ quas ipſi habere nō appetūt
viane eccleſie pbr Florencius nomine
huius noſtri ſbdyaconi Florencij auus an
tiqui hoſtis malicia perculſus ſcīa ſācti
viri cepit emulari. eiuſqꝫ cōuerſacioni de
rogare. quoſqꝫ etiā poſſet ab illius viſita
cione cōpeſcere Cūqꝫ iam ſe cōſpiceret
eius ꝓfectibus obuiare nō poſſe ꝛ ꝯuerſa
cionis illius opinionē creſcere atqꝫ mul:
tos ad ſtatū vite melioris ipſo qꝫ opini
onis eius precomio indeſinenter vocari
inuidie facibus magis magiſqꝫ ſuccenſus
deterior fiebat qꝛ ꝯuerſacionis illius appe
tebat habere laudem ſꝫ habere laudabilē
vitam nolebat . Qui eiuſdem inuidie
tenebris cecatus ad hoc vſqꝫ perductus
eſt. ut ſeruo omnipotentis dei infectum
veneno panem quaſi pro benedictione
tranſmitteret Quē vir dei cum graciarū
actione ſuſcepit. ſꝫ eum que peſtis late
ret in pane non latuit Ad horam vero
refectionis illius ex viana ſilua coruus
venire conſueuerat et panem de manu
eius accipere Qui cum more ſolito ve:
niſſet panem quē preſbiter tranſmiſerat
vir dei ante coruum ꝓiecit eiqꝫ precepit
dicens . In nomine ihesu criſti domini
noſtri tolle hunc panem ꝛ tali eum in
loco proice vbi a nullo hominum poſ:
ſit inueniri. Tunc coruus aperto ore ex:
panſis alis circa eū panē cepit diſcurrere
crocitare ac ſi aperte diceret ꝛ obedire ſe
velle et tm̄ iuſſa implere non poſſe Cui
vir domini precipiebat iterum atqꝫ ite:
rum dicens . Leua leua ſecurus atqꝫ ibi
ꝓice ubi inueniri non poſſit. Quem diu
coruus demoratus. quandoqꝫ coruus mo
mordit leuauit et receſſit . Poſt triduū
vero horarum ſpacio abiecto pane re:
dijt et de manu hominis dei annonam
quā conſueuerat accepit Venerabilis
autem pater contra vitam ſuam marce
ſcere ſacerdotis animum videns illi ma:
gis quā ſibi doluit Sed predictus flo
rencius quia magiſter corpus necare
non potuit ſe ad extinguendas diſcipu
lorum animas accendit ita vt in orto
celle cui Benedictus inerat ante eorū
oculos nudas ſeptem puellas miſerat
que coram eis ſibi inuicem manus te:
nentes et diucius ludentes illorum men
tes ad peruerſitatem libidinis inflam:
marent. Quod vir ſanctus de cella cō:
ſpiciens. lapſumqꝫ adhuc tenerioribus
diſcipulis pertimeſcens. idqꝫ pro ſua ſo:
lius fieri perſecucione pertractans inui
die locum dedit. atqꝫ oratoria et cuncta
que conſtruxerat ſubſtitutis prepoſitis
adiunctis fratribus ordinauit et pau:
cis ſecum monachis ablatis habitacio
nem mutauit loci. Sicqꝫ vir dei eius o
dia humiliter declinauit quem omnipo
tens deus terribiliter percuſſit Nam cum
predictus preſbiter ſtans in ſolario Be
nedictum diſceſſiſſe cognoſceret ꝛ exul
taret perdurante immobiliter tota domus
fabrica hoc ipſum tantū in quo ſtabat
ſolarium cecidit Et Benedicti hoſtem
conterens extinxit. Quod viri dei diſci:
pulus Maurus venerabili patri Bene
dicto qui adhuc a loco eodem vix de:
cem miliaribus aberat eſtimauit eſſe nū
ciandum dicens . Reuertere. quia pre:
ſbiter qui te perſequebatur extinctus eſt.

Qđ vir dei Benedictus audiens ſeſe in grauibꝫ lamentacōibꝫ dedit. vel qꝛ inimicus occubuit. vel qꝛ de inimici morte diſcipulꝰ exultauit. Qua de re factum eſt vt eidem ꝗ̄ diſcipulo penitenciā indicerent ꝙ taliter gaudere de inimici interitu preſumpſiſſet. Petrꝰ.

Ira ſūt ꝛ multū ſtupenda q̄ dicis Nam in aqua ex petra producta moyſen. in ferro vero qđ ex ꝓfundo aque rediit heliſeū. In aque itinere petꝝ in curru obediencia heliā in luctu aūt mortis inimici dauid video ut perpendo vir iſte ſpiritu iuſtoꝝ oīm plenꝰ fuit.

Gregorius.

Ir dei Benedictꝰ petre vniꝰ ſpiritum habuit. q̄ p̄ ꝯceſſe redempcionis graciā electoꝝ corda oīm impleuit de quo iohānes dicit Erat lux vera. que illuminat omnē hominē venientem in mundū De qua rurſus ſcriptum eſt de plenitudine eius nos oīs accepimꝰ Nā ſancti dei homines potuerūt a dn̄o virtutes habere. nō etiā aliis tradere Ille autē ſigna virtutis dedit ſubditis. q̄ ſe daturum ſignum ione ꝓmiſit inimicis ut coram ſuꝑbis mori dignaretur. corā humilibꝫ reſurgere. quatenus ꝛ illi viderent qđ cōtemnerent. et iſti qđ venerātes amare deberent. Ex quo miſterio actū eſt. ut dū ſuꝑbi aſpiciunt deſpectū mortis. humiles cōtra mortem acciperēt gloriam poteſtatis. Petrus.

Queſo te poſt hec ad que loca vir ſanctꝰ migrauerit. vel ſi aliquas in eis virtutes poſtmodum oſtenderit innoteſce. Gregorius.

Anctꝰ vir ad alia migrans. locum nō hoſtem mutauit. Nā tāto poſt grauiora prelia ꝑtulit quātum cōtra ſe aperte pugnantem ipſū malicie magiſtrum inuenit. Caſtrum nāqꝫ qđ Caſſinum dicit in excelſi montis latere ſitum eſt. q̄ videlicet mons diſcenſo ſinu hoc idem caſtꝝ recipit. Sꝫ p̄ tria milia ria in altū ſe ſubrigens velut ad aera cacumen tendit. Vbi vetuſtiſſimū fanū fuit in quo ex antiquoꝝ more gentilium a ſtulto ruſticorum ꝓplo appollo colebatur. Circumquaqꝫ etiā in cultu demonū luci ſuccreuerant. in q̄bus adhuc eodē tempore infidelium inſana multitudo ſacrificiis ſecrilegis inſudabat. Illuc itaqꝫ vir dei veniens cōtriuit ydolum ſubuertit aram ſuccidit lucos. atqꝫ in ipſo templo apollinis oraculū ſancti iohis conſtruxit et cōmorantem circūquaqꝫ multitudinē predicacione cōtinua ad fidem vocabat. Sed hec antiquꝰ hoſtis tacite non ferēs nō occulte vel p̄ ſompniū ſed aꝑta viſione eiuſdē patris ſe oculis ingerebat et magnis clamoribꝫ vim ſe perpeti conq̄rebatur. ita vt voces illiꝰ etiā fratres audirent quāuis ymaginē minime cernerēt Vt enī diſcipulis ſuis venerabilis pater dicebat corporalibꝫ eiꝰ oculis idem antiquꝰ hoſtis deterrimus ꝛ ſuccenſus apparebat ꝙ in eū ore oculiſqꝫ flāmantibꝫ ſeuire videbatur Iā vero que diceret audiebant oīs prius enim hūc vocabat ex nomine Cui cum vir dei minime reſponderet ad eiꝰ mox ꝯtumelias erūpebat Nā cū clamaret dicēs benedicte benedicte. et cū ſibi nullomodo reſpondere cōſpiceret ꝓtinꝰ adiungebat Maledicte nō Benedicte. qđ mecum habes quid me ꝑſequeris. Sed iā nunc exſpectanda ſunt contra dei famulum antiq̄ hoſtis noua certamina cui pugnans quidem volens intulit. Sed occaſionis victorie miniſtrauit inuitꝰ.

Quadam die dū fratres habitacula eiuſdē celle cōſtruerēt lapis in medio iacebat. quem i edificium leuare

decreuerunt · Cumq; eū duo vel tres mo
uere non poſſent plures adiuncti ſūt. ſ
ita immobilis mãſit ac ſi radicatus in
terra teneretur. ut palam daretur intelli
gi ꝙ ſup eum ipſe ꝑ ſe antiqu⁹ hoſtis ſe
deret · quē tantorum viroꝝ manus mo
uere non poſſent. Difficultate igitur fa
cta ad virum dei miſſum eſt ut veniret ⁊
orando hoſtem repelleret ut lapidem le
uare poſſent. Qui mox venit ⁊ oratio
nem faciens benedictionem dedit et tāta
lapis celeritate leuat⁹ eſt ac ſi nullum
pri⁹ pond⁹ habuiſſet. Tunc in cōſpectu
viri dei placuit ut ī eodem loco terra fo
deretur Quā dum fodendo alti⁹ penetra
rent. ereum illic ydolum frēs inuenerūt
Quo ad horā caſu ī coquinam ꝓiecto
exire ignis repente viſus eſt atq; in cun
ctorum monachorum oculis q; omne
eiuſdem coquine edificium ↄſumeretur
oſtendit. Cumq; ad iaciendam aquam
ad ignem quaſi extinguendo ꝑſtreperēt
pulſatus eodem tumultu vir dei aduenit
Qui eundem ignem in oculis fratrum
eſſe in ſuis vero nō eſſe conſiderans. ca
put ꝓnus ad oratiōnē flexit et eos
quos fantaſmatico reperit igne deludi
vocauit fratres ad oculos ſuos ut ⁊ ſa
num illud coquine edificiū aſſiſtere cer
nerent. ⁊ flammas quas antiqu⁹ hoſtis
fixerat non viderent Ruſus dū fratres
parietem q; res ita exigebat paulo al
tius erigerent vir dei ī orationis ſtudio
intra celle ſue clauſtra morabatur Cui
antiqū⁹ hoſtis inſultans apparuit et ei
q̊ ad laborantes frēs ꝑgeret indicauit
Q̊ď vir dei ꝑ nuncium celerrime fratri
bus indicauit dicens Fratres caute vos
agite quia ad vos hac hora malignus
ſpiritus venit Is qui mandatum detulit
vix verba compleuerat ⁊ malignus ſpi
ritus eundem parietem qui edificabat
euertit. atq; vnum puerulum mona
chum cuiuſdam curialis filium oppri
mens ruina contriuit. Contriſtati om
nes ac vehementer afflicti non damp
num parietis. Sed contritione fratris
venerabili patri Benedicto celeriter cum
graui luctu nunciarunt Tunc iſdem
pater dilaceratum puerum ad ſe deferri
iubet. Quem portare non niſi in ſago
potuerunt. quia collapſi ſaxa parietis
non ſolum eius membra ſed etiam oſ
ſa contriuerant. Precepitq; vir dei ſta
tim ī eū cella ſua ī pſyatio quo orare cō
ſueuerat proici miſſiſq; foras fratribus
cellam clauſit qui orationi inſtantius
ꝙ̄ ſolebat incubuit Mira res eadem ho
ra hunc incolomem atq; vt prius va
lentem ad eundem iterum laborem mi
ſit vt ipſe quoq; parietem cum fratrib⁹
perficeret de cuius ſe interitu antiqu⁹ ho
ſtis Benedicto inſultare credidiſſet.
Cepit vero inter iſta vir dei prophetie
etiam ſpiritu pollere ventura predicere.
preſentib⁹ etiam abſentia nūciare. Mos
et enim celle fuit ut quotiens ad reſpō
ſum aliquod egrederentur fratres cibū
potumq; extra cellam minime ſumerent
Cumq; hoc de vſu regule ſolicite ſerua
retur. quadam die ad reſpōſum fratres
egreſſi ſunt et in eo tardiori compulſi
ſunt hora demorati. Qui manere iuxta
religioſam feminam nouerant cuius in
greſſi habitaculum ſumpſerunt cibum
Cumq; iam tardius ad cellam rediſſent
benedictionem patris ex more pecierūt
Quos ille protinus percuntatus eſt di
cens. Ubi cōmediſtis. Qui reſponde
runt Nuſꝙ̄. Quibus ille ait. Quare
ita mentimini Numquid illius talis fe
mine habitaculum non intraſtis Num
quid hos atq; illos cibos non accepi
ſtis. Numquid tot calices non bibiſtis

Cumq; eis venerabilis pater ⁊ hoſpiciū
mulieris et genera ciboꝝ. et numeꝝ poti
onum diceret. recognoſcentes cuncta
que egerant ad ei⁹ pedes tremefacti ceci
derunt. ſe deliquiſſe ꝯfeſſi ſunt. Ipſe aūt
ꝓtinus culpe penitenciā precepit. ꝑpen-
dens ꝗ in eius abſencia vltra nō facerēt
quē preſentē ſibi eſſe in ſpiritu ſcirēt.

Frater q; valentiniani eius mona
chi cui⁹ ſuperius memoriā feci vir
erat laycus ſ religioſus. Qui ut ſerui
dei oracionem perciperet ⁊ germanū fra
trem videret. annis ſingulis d loco ſuo
ad cellā ieiunus venire ꝯſueuerat. Qua
dam igitur die dū iter ad monaſteriū
faceret ſeſe illi alīū viator adiūxit. qui
ſumendos cibos in itinere portabat. Cū
q; iam hora tardior excreuiſſet dixit Ve
ni frater ſumam⁹ cibum ne laſſemur in
via. Cui ille reſpondit. Abſit frater hoc
non faciā q2 ad venerabilem patrē Be-
nedictum ieiunus ſemp venire ꝯſueui
Quo reſponſo percepto ad horā ꝯuiator
tacuit. Sz cū poſt h aliquātulū itine
ris ſpacium egiſſent rurſus āmonuit ut
manducarent. Noluit ꝯſentire. qui ieiu
nus venire decreuerat. Tacuit quidē qui
ad manducandum inuitauerat. et cū eo
ieiunus adhuc ꝑgere modicū cōſenſit.
Cumq; iter longi⁹ agerent et eos tar-
dior hora fatigaret ambulantes inuene
runt in itinere pratū ⁊ fontem et queq;
poterant ad reficiendū corpus delectabi
lia videri. Tūc cōuiator ait Ecce aqua
Ecce pratū Ecce amenus loc⁹ in q poſ-
ſumus refici. et parum quieſcere ut va-
leamus iter noſtrum poſtmodū incolo-
mes explere. Cū igitur ⁊ verba aurib⁹
et loca oculis plandirentur. Tercia am
monicione ꝑſuaſus cōſenſit ⁊ cōmedit.
veſpertina vero hora ꝑuenit ad cellam.
Preſentatus aūt venerabili bn̄dicto ſibi
oracionē peciit ſ mox ei vir ſanct⁹ hoc
qd in via egerat improperauit dicens
Quid eſt frater ꝗ malign⁹ hoſtis q te-
bi p cōuiatorē tuū locutus eſt. ſemel ti-
bi ꝑſuadere nō potuit ſecūdo nō potuit.
tercio vero ꝑſuaſit ⁊ te ad hoc qd volu
ſupauit. Tūc ille reatū infirme ſue mē
tis agnoſcēs ei⁹ pedib⁹ ꝓuolut⁹. tāto ma
gis cepit culpā deflere ⁊ erubeſcere quā
to ſe cognouit etiā abſentem in benedi
cti patris oculis deliquiſſe. Petr⁹.

Eo ſancti viri precordijs heliſei
ſpiritum ī deo ineſſe qui abſente
diſcipulo ꝑſens extitit. Gregori⁹

Portet petre ut interim ſileas. qte
nus adhuc maiora cognoſcas.
Gothoꝝ namq; temporib⁹ cū rex eorū
Totylia. ſanctum viꝝ ꝓphecie habere
Spiritū audiſſet ad eius monaſterium
pergēs paulo longi⁹ ſubſtitit. eiq; ſe ve
turum eſſe nunciauit. Cui dum ꝓtinus
mandatū de monaſterio fuiſſet ut veni
ret. ipſe ſicut ꝑfide mētis fuit an vir dei
ꝓphecie ſpiritum haberet explorare co-
natus eſt. Quidam vero eius ſpatari⁹
Riggo dicebatur cui calciamenta eius
prebitur. eumq; indui veſtib⁹ regalib⁹
fecit quē quaſi in ꝑſona ſua ꝑgere ad
dei hominem precepit. In cui⁹ obſeq̄o
tres qui ſibi pre ceteris adherere ꝯſue-
uerant comites miſit ſcilicet vul. Ruderig.
et blindinch vt an̄ ſerui dei oculos
ipſum regem Totyliam ēē ſimulantes.
eius lateri obambularēt. cui aliqua ꝗ
obſequia quaſi ſpatarij preberent ut tā
ex eiſdē obſequijs quam ex purpureis
veſtib⁹ rex eſſe putaretur Cumq; iſdem
Riggo decoratus veſtib⁹ obſequentum
frequencia comitatus monaſteriū fuiſ
ſet ingreſſus vir dei emin⁹ ſedebat. Quē
venientem cōſpiciēs cū iā ab eo audiri
potuiſſz. clamauit dicēs Pone fili pone

hoc q̄d portas nō eſt tuum Qui riggo
ꝓtinus in terram cecidit et q2 tanto vi-
ro illudere preſūpſiſſet expauit omſq;
qui cū eo ad dei hominē veniebant ter-
re cōſternati ſunt. Surgentes autē ad
eum ꝓpinquare minime p̄ſumpſerunt. ſ;
ad ſuum regem reuerſi nunciauerūt tre
pidi. in quāta velocitate fuerant deprehē
ſi. Tunc per ſe iſdem Totyla ad dei ho
minem acceſſit quem cū longe ſedentem
cerneret non auſus accedere ſeſe in terrā
dedit. Cui cum vir dei bis ter ve diceret.
ſurge. ſ; de terra erigi ſe nō auderet. Be-
nedictus xp̄i ihesu famulus p ſemetipſū
dignatus eſt accedere ad regem ꝓſtra-
tumq; de terra leuauit ⁊ de ſuis actibus
increpauit. atq; in paucis ſermonibus
multa que illi erant ventura prenuncia
uit dicēs Multa mala facis multa ma
la feciſti. iam aliquādo ab iniquitate cō
peſce Equidē romam ingreſſurus es ma-
re tranſiturus nouem annis regnans
decimo morieris Quibus auditis rex ve-
hementer territus oratione petita receſ
ſit. atq; ex illo iam tempore minus cru
delis fuit et nō multo poſt romā adiit.
ad ſiciliam perrexit anno aūt regni ſui
decimo omnipotentis dei iudicio regnū
cum vita perdidit.

Retrea Canuſine antiſtes eccleſie
ad eundē dei famulū venire cōſue-
uerat. quē vir dei p vite ſue merito val
de diligebat. Is itaq; dum cū illo de in
greſſu regis Totylie et Romane vrbis
perdicione colloquium haberet dixit. Per
hunc regem ciuitas iſta deſtruetur. vt
iam amplius nō inhabitetur Cui vir do
mini reſpondit Roma agentibus nō exter
minabitur ſ; tēpeſtatibus choruſcis turbini
bus ac terremotu fatigata marceſcet in
ſe metipſa Cuius ꝓphecie miſteria nobis
iā facte ſūt luce clariora. q̄ in hac vrbe
diſſoluta menia. euerſas domus deſtru-
ctas eccleſias turbine cernimus. eiuſq; e-
dificia longo ſenio laſſata q2 ruinis cre
breſcentibus ꝓſternantur videmus. quāuis
hoc Honoratus eius diſcipulus cuius michi
relacione cōpertum eſt nequaq̄ ex ore
illius audiſſe ſe p̄hibet. ſ; q2 hoc dixerit
dictum ſibi a fratribus fuiſſe teſtatur.

Odem quoq; tempore quidam a
quinenſis eccleſie clericus demonio
vexabatur qui a venerabili viro Con-
ſtancio eiuſdem eccleſie antiſtite p mul-
ta fuerat martirum loca tranſmiſſus vt
ſanari debuiſſet. Sed ſancti dei marti-
res noluerunt ei ſanitatis donum tribu
ere vt quanta eſſet in benedicto gracia
demonſtrarent Ductus itaq; eſt ad om
nipotētis dei famulum Benedictum qui
ihesu criſto domino preces fundens an
tiquum hoſtem de obſeſſo homine pro
tinus expulit. Cui ſanato precepit dicēs
Vade ⁊ poſt hec carnem non comedas
ad ſacrum ordinem numquā accedere
preſumas. Quacumq; autem die ſacrū
ordinem temerarie preſumpſeris. ſtatim
iuri dyaboli iterum mancipaberis Diſ-
ceſſit igitur clericus ſanus et ſicut terre
re ſolet animum pena recēs ea que vir
dei preceperat interim cuſtodiuit. Cum
vero poſt annos multos omnes prio-
res illius de hac luce migraſſent ⁊ mino
res ſuos ſibimet ſuppoſi in ſacris ordi-
nibus cerneret verba viri dei quaſi ex lon
go tempore oblitus poſtpoſuit atq; ad
ſacrum ordinem acceſſit quem mox is
q̄ reliquerat dyabolus tenuit eūq; vexa
re quouſq; animam eius excuteret non
ceſſauit. Petrus.

Ste vir dei diuinitatis vt video etiā ſe
creta penetrauit q̄ pſpexit hūc clericum
idcirco dyabolo traditū ne ad ſacrū or-
dinē auderet accedere. Gregorius.

Dare diuinitatis ſecreta ñ noſſet. qui diuinitatis precepta ſeruaret cum ſcriptũ ſit qui adheret dño vnus ſpiritus eſt. Petr⁹.

I vnus ſit cũ domino ſpiritus q̃ dño adheret. quid eſt ꝙ iterũ iſdẽ egregi⁹ predicator dicit. quis cognouit ſenſum domini. aut q̃s cõſiliati⁹ ei⁹ fuit Valde eñ eſſe incõueniens videtur eiuſ ſenſum cum quo vnũ factus fuerit ignorare. Gregori⁹.

Sancti viri inquantum cum deo vnum ſunt. ſenſum domini nõ ignorant. Nam idem ꝙ apl's dicit. Quiſ eñ ſcit hominum que ſũt hominis. niſi ſpiritus hominis qui eſt ĩ ipſo Ita et q̃ dei ſunt nemo cognouit niſi ſpirit⁹ dei Qui ut ſe oſtenderet noſſe que dei ſunt adiunxit Nos aũt nõ ſpiritũ hui⁹ mũdi accepimus. ſ; ſpiritum qui ex deo eſt. Hinc iterum dicit. Qđ oculus nõ vid. nec auris audiuit. nec in cor hominis aſcendit. que ꝑparauit deus diligentib; ſe nobis autẽ reuelauit p ſpiritum ſuum. Petruſ.

Si ergo eidem apl'o ea que dei ſũt p dei ſpiritũ ſũt reuelata. quomõ ſup hoc qđ ꝓpoſui premiſit dicẽs. O altitudo diuiciarum ſapiencie ⁊ ſciencie dei ꝙ in cõprehenſibilia ſũt opa ei⁹ ⁊ inueſtigabiles vie ei⁹. Sed rurſum michi h' dicẽti alia ſuboritur queſtio Nã dauid ꝓph'a dño loquitur dicens In labijs meis pnunciaui omnia iudicia oris tui Et cũ minus ſit noſſe ꝙ etiã pnũciare quid eſt qđ paulus in cõprehenſibilia eſſe dei iudicia aſſerit. Dauid autẽ hec ſe omnia non ſolum noſſe ſ; etiã in labijs pnũciaſſe teſtatur. Gregori⁹.

Cum vtraq; hec tibi ſuperius ſit breuitate reſpondi dicens ꝙ ſancti viri inquãtum cũ dño ſũt ſenſũ domini nõ ignorãt Oĩs eñ q̃ deuote dñm ſequũtur etiã deuocõe cũ deo ſũt. ⁊ adhuc carnis corruptibilis grauati pondere cũ deo nõ ſunt occultaq; dei iudicia inq̃tũ õiũcti ſt ſciũt inq̃tũ diſiũcti ſt neſciũt. Quia eñ ſecreta ei⁹ adhuc pfecte non penetrant in cõprehẽſibilia eius iudicia eſſe teſtantur. qui vero mente ei inherẽt atq; inherendo vel ſacris ſcripture eloquijs vel occultis reuelacionib; inquantum accipiũt agnoſcant ⁊ nouerũt hec et pnunciant Judicia igit que deus tacet neſciũt. q̃ de⁹ loquitur ſciũt Vnde et dauid ꝓpheta cũ dixiſſet In labijs meiſ pnunciaui omnia iudicia ptin⁹ addidit oris tui Ac ſi apte dicat Ego iudicia et noſſe et pnunciaſſe potui que te dixiſſe cognoui Nã ea que ipſe non loqueris a noſtra pculdubio cognicione abſcondis. Concordat ergo ꝓphetica apl'icam ſentencia. q2 et in cõprehenſibilia ſũt dei iudicia et tñ que d' ore ei⁹ plata fuerint humanis labijs pnunciantur qm̃ ſcire ab omnib; ⁊ plata pdi poſſũt ⁊ occultari nõ poſſunt. Petrus.

Nobiectione mee q̃ſtiũcule patuit ſãctacionis Sz q̃ſo te ſi qua ſũt adhuc de viri hui⁹ virtute ſbiũge. Gregori⁹

Vir quidam nobilis Theoprob; nomine eiuſdẽ Benedicti patris fuerat ãmonicione conuerſus. q̃ p vite ſue merito magnam apud eum familiaritatis fiduciam habebat. Hic cũ quadam die eius cellam fuiſſet ingreſſ⁹ hũc amariſſime flentem reperit. Cumq; diu ſubſiſteret. eiuſq; non finiri lacrimas videret. nec tñ ut vir dei õſueuerãt orãdo plangeret ſ; m erendo q̃ nam cauſa tanti luctus exiſteret inquiſiuit. Cui vir dei illico reſpondit. Omne hoc monaſteriũ qđ õſtruxi et cũcta que fratrib; ꝑparaui omnipotentis dei iudicio gentib; tradita

ſunt · Vix aūt obtinere potui ut michi ex hoc loco anime concederentur. Cuiꝰ vocem tunc theoprobus audiuit nos autem cernimus qui deſtructum modo a longobardorū gente eius monaſterium ſcimus · Nocturno enim tempore ⁊ quieſcentibus fratribus nuper illic lōgobardi ingreſſi ſunt· Qui diripientes omnia ne vnum quidem hominem illic tenere potuerunt ſed impleuit omnipotens deus quod fideli famulo Benedicto promiſerat ut ſi res gentibus traderet animas cuſtodiret· Qua in re pauli vicem video tenuiſſe Benedictum. Cuius dum nauis rerum omnium iacturā pertulit ipſe in conſolacione vitam omnium qui cū eo comitabantur accepit·

Quodam qꝫ tempore exhilaratus noſter quem ipſe conuerſum noſti tranſmiſſus a domino ſuo fuerat vt dei viro in monaſterium vino plena duo lignea vaſcula que vulgo flaſcones vocātur deferret· Qui vnū detulit alterum vero pergens in itinere abſcondit· Vir autem domini quem facta abſēcia latere non poterant vnum cum graciarum actione ſuſcepit ⁊ diſcedentē puerum monuit dicens· Vide fili ne de illo flaſcone quē abſcondiſti iam bibas ſed inclina illum caute ⁊ inuenies quid intus habet. Qui confuſus valde a dei homīe exiuit· Et reuerſus volēs adhuc probare quod audierat cum flaſconem inclinaſſet de eo protinus ſerpens egreſſus eſt· Tunc predictus exhilaratus puer per hoc quod in vino reperit expauit malum quod fecit·

Non longe autem a monaſterio vicus erat in quo non minima multitudo hominum ad fidem dei ab idolorum cultu Benedicti fuerat exhortacione conuerſa· Ibi qꝫ quedam ſanctimoniales femine inerant et crebro illuc ꝓ exhortādis animabus fratres ſuos mittere benedictus dei famulꝰ curabat. Quadam vero die miſit ex more ſed is qui miſſus fuerat monachus poſt admonicionem factam a ſanctimonialibus feminis rogatus mappulas accepit ſibi qꝫ eas abſcondit in ſinu· Qui mox vt reuerſus eſt eum vir dei vehementiſſima amaritudine cepit increpare dicēs Quomodo ingreſſa eſt iniquitas in ſinu tuo· At ille obſtupuit ⁊ quid egiſſet oblitꝰ vnde corripiebatur ignorabat Cui ait· Nunquid ego illic preſens nō eram quando ab ancillis dei mappulas accepiſti tibiqꝫ eas in ſinu miſiſti· Qui mox eius veſtigiis prouolutus ſtulte ſe egiſſe penituit ⁊ eas quas in ſinu abſcōderat mappulas abiecit·

Quadam qꝫ die dum venerabilis pater veſpertina iam hora corporis alimenta perciperet eius monachus cuiuſdam defenſoris filius fuerat qui ei ante menſam lucernam tenebat. Cūqꝫ vir dei ederet ipſe autē cū lucerna miniſterio aſtaret cepit per ſuperbie ſpiritū in mente ſua tacitus voluere et per cogitacionem dicere · Quis eſt hic cui ego manducanti aſſiſto lucernam teneo ſeruicium impendo · Quis ſum ego vt iſti ſeruiam · Ad quem vir dei ſtatim conuerſus vehementer eum cepit increpare dicens · Signa cor tuum frater quid eſt quod loqueris. Signa cor tuum. Vocatiſqꝫ ſtatim fratribꝰ precepit ei lucernam de manibus tolli ipſum vero iuſſit a miniſterio recedere et ſibi hora eadem quietum ſedere· Qui requiſitus a fratribus quid habuerit in corde ꝑ ordinē narrauit q̄nto ſuperbie ſpiritu intumuerat et q̄ cōtra virum dei verba per cogitacōes tacitus dicebat·

Tunc liquido omnibꝫ patuit q̄ venera
bilem benedictū latere nil poſſet in cuiꝰ
aure etiā cogitacōis verba ſonuiſſent.

Lio igiẗ tēpore in eadē campanie
rgione fames incubuerat magnaqꝫ
oīs alimentoꝝ indigencia coangusta
bat jamqꝫ in benedicti monaſterio triti
cum deerat. panes vero pene oēs cōſūp
ti fuerant ut nō plꝰ quā quinqꝫ ad refe
ctionis horā fratribꝫ inueniri potuiſſēt
Cumqꝫ eos venerabilis pater contriſta
tos cerneret. eoꝝ puſillanimitatem ſtu
duit modeſta increpacione corrigere et
rurſum promiſſione ſubleuare dicens.
Quare de panis inopia veſter animꝰ cō
triſtatꝰ. Hodie quidē minus eſt. ſed die
craſtina abundanter habebitis Sequē
ti autem die ducenti farine modij an fo
res celle in ſaccis inuenti ſūt. Quos om
nipotens deus quibꝫ deferentibꝫ trāſmiſiſ
ſet nūc vſqꝫ manet incognitū Qđ cū fra
tres cernerēt. dn̄o gracias referentes di
dicerūt iam de abundancia ne in ege
ſtate dubitarent. Petrꝰ.

Ic queſo te nūquid nam creden
dum eſt huic dei famulo ſemp p
phecie ſpiritū adeſſe potuiſſe. an p inter
ualla temporum eius mentem pphecie
ſpiritus implebat. Gregoriꝰ.

Rophecie ſpiritus petre pphetarū
mentes nō ſemp irradiat q̄ ſicut
de ſancto ſpiritu ſcriptum eſt vbi vult
ſpirat. ita ſciendū eſt q̄ ⁊ qn̄ vult aſpi
rat. Hinc eſt qđ nathan a rege reqſituſ
ſi conſtruere templū poſſet priꝰ cōſenſit.
et poſtmodū phibuit Hinc eſt qđ heli
ſeus cū flentē mulierem cerneret cauſā
qꝫ neſciſſet ad phibentem hāc puerum
dicit Dimitte eam q̄ anima eius ī ama
ritudine eſt. et dominus celauit a me. et
nō indicauit michi. Qđ omnipotēs deꝰ
ex magne pietatis diſpenſacōe diſponit
q̄ dū pphecie ſpiritū aliquādo dat et a
liqn̄ ſubtrahit pphetancū mentes ⁊ ele
uat in celſitudine ⁊ cuſtodit in humili
tate vt et accipientes ſpiritum inueniāt
quid de deo ſint et rurſum pphecie ſpiri
tum non habentes cognoſcant qđ ſint
de ſemetipſis. Petrꝰ.

Ta hoc eſſe vt aſſeris magna racio
clamat Sꝫ queſo de venerabili pa
tre bn̄dicto qcqđ adhuc animo occur
rit exſequere. Gregoriꝰ.

Lio qꝫ tempore a quodā fideli vi
ro fuerat rogatus vt in eius pre
dio iuxta terracinenſem vrbem miſſis di
ſcipulis ſuis cōſtruere monaſteriū debu
iſſet Qui roganti conſenciens deputatiſ
fratribꝫ patrem cōſtituit et quis ei ſecū
dus eēt ordinauit Quibꝫ euntibꝫ ſpopō
dit dicens Ite et die illo ego venio et o
ſtendo vobis in quo loco oratorium in
quo refectorium fratꝝ. in quo ſuſcepti
onem hoſpitum ꝟ queqꝫ ſūt neceſſaria
edificare debeatis Qui benedictione per
cepta ilico perrexerunt et cōſtitutū diem
magnope preſtolantes parauerūt oīa
que hijs q̄ cum tanto patre venire potu
iſſent videbantur eſſe neceſſaria Nocte
vero eadem q̄ pmiſſꝰ illuceſcebat dies
eidē ſeruo dei quem illic patrē cōſtitue
rat. atqꝫ eius preposito vir dn̄i ī ſomnis
apparuit. et loca ſingula vbi quid edifi
care debuiſſent ſubtiliter deſignauit Cūqꝫ
vtriqꝫ a ſomno ſurgerent ſibi inuicem
quid viderent retulerunt Nō tamē viſi
oni illi omnimodo fidem dantes virum
dei ſicut ſe venire pmiſerat expectabant
Cumqꝫ vir dei cōſtituto die minime ve
niſſet. ad eum cum merore reuerſi ſunt
dicentes. Expectauimꝰ pater ut venires
ſicut pmiſeras et nobis oſtenderes vbi
quid edificare deberemꝰ et non veniſti.
Quibꝫ ipſe ait Quare fratres. q̄re iſta

dictis .Numquid ſicut ꝓmiſi nō veni.
Cui cum ipſi dicerent quando veniſti re
ſpondit .Numquid vtriſqꝫ vobis dor⸗
mientibus non apparui ⁊ loca ſingula
deſignaui. Ite ⁊ ſicut per viſionem vidi
ſtis omnē habitaculum monaſterij ita
conſtruite. Qui hec audientes vehement
admirati ad predictum predium ſunt
reuerſi et cuncta habitacula ſicut ex re
uelacione didicerant conſtruxerunt.

Oceri velim Petrus
quo fieri ordine potuit vt longe
reſponſum dormientibus diceret quod
ipſi per viſionem audirent ⁊ recogno⸗
ſcerent. Gregorius

Uid eſt ꝙ perſcrutatus rei geſte
ordinem ambigis petre. Liquet ꝑ
fecto quia mobilioris nature ē ſpiritꝰ
quā corpꝰ. Et certe ſcriptura teſte noui⸗
mus ꝙ propheta ex iudea ſubleuatus
repente eſt cum prandio in chaldea depo
ſitus quo videlicet prandio prophetā
refecit ſeqꝫ repente in iudea iterum inue⸗
nit. Si igitur tam lōge abacuc potuit
ſub momento corporaliter ire ⁊ prandi
um deferre quid mirum ſi benedictus pa
ter obtinuit q̈tenus iret ꝑ ſpiritū et fra⸗
trū q̄ſcēciū ſpiritibꝰ neceſſaria narraret
ut ſicut ille ad cibū corpis corpaliter ꝑ⸗
rexit ita iſte ad inſtitucōꝫ ſpiritalꝭ vite
ſpiritaliter ꝑgeret. Petrus.

Anus tue locucionis terſit a me
fateor dubietatem mentis. Sed
velim noſſe in conmuni locucione qua
lis iſte vir fuerit Gregorius.

Jx ipſa petre conmunis eius locu
cio a virtutis erat pondere vacua
quia cuius cor ſeſe in alta ſuſpenderat
nequaquam verba de ore illius in caſſū
cadebant. Si quid vero vmquam non
iam decernēdo ſ; minādo diceret tantas
vires ſermo illius habebat ac ſi hoc ſi

dubie atqꝫ ſuſpenſe ſed iam per ſentenci
am protuliſſet. Nam non longe ab eiꝰ
monaſterio due quedam ſanctimoniа
les femme nobiliore genere exorte in lo
co proprio cōuerſabantur quibus qui
dam religioſus vir ad exterioris vite
vſum prebebat obſequium. Sed ſicut
nonnullis ſolet nobilitas generis pa
rare ignobilitatem mentis ut minus ſe
in hoc mundo deſpiciant qui plus ſe ce
teris aliquid fuiſſe meminerunt nec
dum predicte ſanctimoniales femme
perfecte linguam ſuam ſub habitus
ſui freno reſtrinxerant ⁊ eundem religi
oſum virum qui ad exteriora neceſſaria
eis obſequiū prebebat incautis ſepe ſer⸗
monibus ad iracundiam prouocabant
Qui cum diu iſta tolleraret perrexit ad
dei hominem quantaſqꝫ pateretur verbo
rum contumelias enarrauit. Vir autem
dei hec de illis audiens eis protinꝰ man
dauit dicens corrigite linguam veſtrā
quia ſi non emendaueritis excommu
nico vos. Quam videlicet excommuni
cacionis ſentenciam non proferendo in
tulit ſed minando. Jlle autem a priſti
nis moribus nichil mutate intra paucoſ
dies defuncte ſunt atqꝫ in eccleſia ſepul
te. Cumqꝫ in eadem eccleſia miſſarum ſo
lemnia celebrarentur atqꝫ ex more dia
conus clamaret ſi quis non communi⸗
cat det locum nutrix earum que ꝓ eis
ſolet oblacionē domino offerre conſue
uerat eas de ſepulchris ſuis progredi ⁊
exire eccleſiā videbat. Qd dum ſepius
cerneret q₂ ad vocem diaconi clamantiſ
exiebant foras atqꝫ intra eccleſiam per
manere non poterāt ad memoriā rediit
q̄ vir dei illꝭ adhuc viuentibꝰ mādauit
Eas q̄ppe ſe cōmuione ꝑuare dixerat niſi
mores ſuos ⁊ verba corrigerēt. Tūc ſer
uo dei cum graui merore indicatum eſt

Qui manu ſua ꝓtinus oblacionem de
dit dicens Ite ⁊ hanc oblacionē ꝓ eiꝰ
offerri domino facite et vlterius excōmu
nicate nō erūt Que dum oblacio ꝓ eiꝰ
fuiſſet immolata et a dyacone iuxͣ mo:
rem clamatum eſt vt nō cōmunicanteſ
ab eccleſia exirent. ille exire ab eccleſia
vlterius viſe nō ſunt Qua ex re indu:
bitanter patuit qꝛ dum inter eos q̄ cō:
munione priuati ſūt a dn̄o ꝑ ſuū mi:
nime recederēt cōmunionē a dn̄o ꝑ ſuū
dn̄i recepiſſent. Petruſ.

Irum valde qđ dicis q̄muis vene:
rabilem ⁊ ſanctiſſimū viꝝ adhuc
tamē in hac carne corruptibili degētem
potuiſſe animas ſoluere i illo iā inuiſi:
bili iudicio ɔſtitutas. Gregoriꝰ.

Vmq̄d nam petre in hac adhuc
carne nō erat qui audiebat. qđ cū
q3 ligaueris ſuꝑ terram erit ligatū i ce
lis ⁊ que ſolueris ſuꝑ terrā ſoluta erunt
et in celis Cuiꝰ nunc vicem ⁊ ligando
et ſoluendo obtinent q̄ locum ſancti re
giminis fide ⁊ moribꝫ tenēt Sz ut tā:
ta valeat homo de terra. celi ⁊ terre cōdi
tor in terrā venit e celo atq3 ut iudicare
caro etiā de ſp̄italibꝰ poſſit hoc ei largi
ri dignatus eſt. factꝰ ꝓ hominibꝫ deuſ
caro qꝛ inde ſurrexit vltra ſe infirmitaſ
noſtra vnde ſub ſe infirmata eſt firmi:
tas dei. Petruſ.

Vm virtute ſignoꝝ cōcordit loq̄
tur racio verboꝝ. Gregoriꝰ.

Vadam q̄3 die dum quidam eiuſ
puerulꝰ monachꝰ parentes ſuoſ
vltra quā debebat diligens. atq3 ad eo:
rum habitaculū tendens ſine benedicti
one de monaſterio exiſſet eodē die mox
ut ad eos peruenit defunctus eſt. Cumq3
eſſet ſepultus die altero ꝓiectum foraſ
corpꝰ eius inuentum eſt. Qđ rurſus tra
dere ſepulture curauerunt Sed ſequenti

die iteꝝ ꝓiectum exterius atq3 inhuma
tum ſicut prius inuenerunt tunc cōcite
ad benedicti patris veſtigia currenteſ
cū magno fletu pecierunt ut ei ſuā gra
ciam largiri dignaretur Quibꝫ vir dei
manu ſua ꝓtinus cōmunionem dn̄ica
corporis dedit dicens Ite atq3 hoc dn̄i:
cum corpꝰ ſuꝑ pectus eius ponite ⁊ ſic
eum ſepulture tradite Qđ dum factum
fuiſſet ſuſceptum corpus eius terra tenu
it nec vltra ꝓiecit ꝑpendis petre apud
iheſum criſtum dominū cuiꝰ meriti iſte
vir fuerit ut eius corpꝰ etiā terra ꝓiece
rit q̄ benedicti graciam non haberet.

Expendo plane ⁊ ve Petrꝰ.
hementer ſtupeo. Gregoriꝰ.

Vidam aūt eius monachꝰ mobi
litati mentis deditus erat et ꝑma
nēre in monaſterio nolebat. Cūq3 eum
vir dei aſſidue corriperet et frequent̄ ad
moneret ipſe vero nullomodo ɔſentirz
in congregacione ꝑſiſtere. atq3 in oppor
tunis precibꝫ ut relaxaretur immineret
quadā die idem venerabilis pater nimi
etatis eius tedio affectus iratus iuſſit ut
diſcederz. Qui mox ut monaſteriū exijt
cōtra ſe aſſiſtere apto ore draconem in
itinere inuenit. Cumq3 eum idem draco
qui apparuerat deuorare vellet. cepit ip
ſe tremens et palpitans magnis vocibꝫ
clamare dicens Currite currite qꝛ draco
iſte me deuorare vult. Currētes aūt fra
tres draconem minime viderunt. ſꝫ tre:
mentem atq3 palpitantem monachum
ad monaſterium reduxerūt Qui ſtatim
ꝓmiſit nūq̄ ſe eſſe iam a monaſterio
receſſurum. atq3 ex hora eadem in ſua ꝓ
miſſione ꝑmanſit. quippe qui ſancti vi
ri oracionibꝫ ɔtra ſe aſſiſtere draconem
viderat quē prius nō videndo ſeq̄batur.

Ed neq3 hoc ſilēdo puto qđ illuſtri
viro aptonio narrante cognoui.

Qui aiebat patris ſui puerum morbo
elefantino fuiſſe correptum ita ut iā pi
lis cadentibus cutis intumeſceret atq; in
creſcentem ſaniem occultare non poſſet
Qui ad virum dei ab eodem patre eius
miſſus eſt ⁊ ſaluti priſtine ſub omni ce
leritate reſtitutus·

Eq; illud taceam quod eius diſci
pulus peregrinus nomine nar
rare conſueuerat quia die quadam fide:
lis vir quidam neceſſitate debiti cōpul
ſus vnum ſibi fore remedium credi;
dit ſi ad dei virum pergeret et que eum
vrgeret debiti neceſſitas indicaret· Ve
nit itaq; ad monaſterium omnipotētis
dei famulum reperit quia a creditore ſu
o pro duodecim ſolidis grauiter afflige
retur intimauit· Cui venerabilis pater
nequaquam ſe habere duodecim ſolidos
reſpondit ſed tamē eius inopiam blan
da locucione conſolatus ait· Vade et
poſt biduum reuertere quia deeſt hodie
quod tibi debeam dare· Jn ipſo autem bi
duo more ſuo in oracione fuit occupa:
tus. Cum die tercio is qui neceſſitate
debiti affligebatur rediit· ſuper archam
vero monaſterii que erat frumento ple
na ſubito tredecim ſolidi ſunt inuenti·
Quos vir dei deferri iuſſit ⁊ afflicto pe
titori tribuit dicens ut duodecim redde:
ret et vnum in expenſis proprijs habe
ret· Sed ad ea nunc redeam que eius
diſcipulis in libri huius exordio p̄di
ctis referentibus agnoui·

Vidam vir grauiſſima aduer
ſarij ſui emulacione laborabat
cuius ad hoc vſq; odium pro:
rupit vt neſcienti in potu venenum da
ret. Qui quamuis vitam auferre non
valuit cutis tamen colorem mutauit
ita ut diffuſa in corpore eius varietas
lepre morem imitari videretur· Sed
ad dei hominem deductus ſalutem priſti
nam citius recepit· Nam mox vt eum
contigit omnem cutis illius varietatem
fugauit·

O quoq; tempore quo alimento:
rum inopia campaniam grauiter
affligebat vir dei diuerſis indigentibus
monaſterij ſui cuncta tribuerat ut pe:
ne nichil in cellario niſi parum q̄d olei
in vitreo vaſe remaneret· Tunc quidā
ſubdiaconus agapitus nomine aduene
nit magnopere poſtulans ut ſibi ali;
quantulum olei dari debuiſſet· Vir au
tem domini qui cuncta decreuerat in
terra tribuere vt in celo omnia reſer
uaret hoc ipſum parum quod remanſe
rat olei iuſſit petenti dari· Monachus
vero qui cellarium tenebat audiuit qui
dem iubentis verba ſed implere diſtulit.
Cumq; poſt paululum ſi id quod iuſ:
ſerat datum eſſet inquireret reſpondit
monachus ſe minime dediſſe quia ſi il:
lud ei tribueret omnino nichil fratri
bus remaneret· Tunc iratus alijs pre
cepit vt hoc ipſum vas vitreum in
quo parum olei remanſiſſe videbatur
per feneſtram projicerent ne in cella
aliquid per inobedienciam remaneret·
Factumq; eſt· Sub feneſtra autem ea:
dem ingens precipicium patebat ſaxo:
rum molibus aſperum· Proiectum ita
q; vas vitreum venit in ſaxis ſed ſic mā
ſit in colome ac ſi proiectum mini
me fuiſſet ita vt neq; frangi neq; oleū
effundi potuiſſet· Quod vir domini pre
cepit leuari atq; vt erat integrum peten
ti tribui· Tunc collectis fratribus inobe
dientem monachum de infidelitate ſua
⁊ ſuperbia coram omnibus increpauit

Qua increpacione cōpleta.ſeſe cū eiſdē
fratrib9 in oracionem dedit Jn eo autē
loco ubi cū fratrib9 orabat.vacuū erat
ab oleo dolium ⁊ coopertum.Cumq3 ſan
ctus vir in oracione perſiſteret.cepit ope
rimentum euiſdem dolij oleo excreſcēte
ſubleuari.Quo cōmoto atq3 ſubleuato
oleum qd̄ excreuerat ora dolij tranſiens
pauimentū loci ī quo incubuerat inun
dabat Qd̄ benedictus dei famul9 ut a
ſpexit protinus oracionem cōpleuit.atq3
in pauimentū oleum defluere ceſſauit.
Tūc diffidentem inobediētemq3 fratrem
lati9 admonuit.ut fidem habere diſceret
et humilitatem.Jdē vero frater ſalubrit
correptus erubuit.q2 venerabilis pater
virtutem omnipotentis domini quā ad
monicione intimauerat.miraculis oſtē
debat.nec erat iam ut quiſq3 de ei9 promiſſi
onib9 dubitare poſſet.qui in uno eodēq3
momento pro vitreo vaſe pene vacuo
plenū oleo doliū reddidiſſet.

Vadam die dum ad beati johis
oratoriū qd̄ in ipſo montis celſi
tudine ſitum ē pergeret.ei antiqu9 hoſtis
in mulo medici ſpecie obuiā factus eſt
cornu ⁊ trepedicam ferens Quē cum re
quiſiſſet dicens.Quo vadis ille reſpon
dit Ecce ad fratres vado pocionem eis
dare Jtaq3 perexit venerabilis benedict9
ad oracionem.Qua cōpleta concitus re
dijt Malign9 vero ſpiritus vnū ſeniorē
monachum inuenit aquā haurientem
in quē ſtatim ingreſſus eſt.eūq3 in terrā
proiecit et vehementiſſime vexauit.Quē
cum vir dei ab oracōe rediēs tam crude
liter vexati conſpiceret.ei ſolūmodo ala
pam dedit et malignū ab eo ſpiritū pro
tinus excuſſit.ita ut ad eum redire vlte
rius nō auderet. Petr9.

Vellem noſſe hec tanta miracula ſi
virtute ſemp oracōis impetrabat
an aliquando etiā ſolo voluntatis exhi
bebat nutu. Gregorius.

Qui deuota mente deo adherēt cū
rerum neceſſitas expoſcit.exhibe
re ſigna modo vtroq3 ſolēt ut mira que
q3 aliquādo ex prece faciant.aliquando
ex poteſtate.Cum enī iohēs dicat quot
quot aūt receperūt eū dedit eis poteſta
tem filios dei fieri qui filij dei ex poteſta
te ſūt.quid mirum ſi ſigna facere ex po
teſtate valeant.Quia enī vtroq3 modo
miracula exhibeant teſtat petr9.qui tha
bitā mortuam orando ſuſcitauit.ana
niam vero ⁊ ſaphiram mēcientes morti
increpando tradidit.Neq3 enī oraſſe in
eorū extinctione legitur.ſ3 ſolūmodo cul
pam quā perpetrauerant increpaſſe Con
ſtat ergo q2 aliquando hec ex poteſtate
aliquando vero exhibent ex poſtulacōe
dum ⁊ iſtis vitam increpando abſtulit
et illi reddidit orando.Nam duo q3 fide
lis dei famuli Benedicti facta nunc re
plico in quib9 aperte clareat.aliud hūc
accepta diuinitus ex poteſtate.aliud ex
oracione potuiſſe.

Gothorū quidā halla nomine perfi
die fuit arriane qui totile regis
eorum temporib9 contra catholice eccleſie
religioſos viros ardore ī maniſſime cru
delitatis exarſit.ita ut quiſq3 ei cleric9
monachuſue ante faciem veniſſet ab ei9
manib9 viu9 nullomodo exiret Quadā
vero die auaricie ſue eſtu ſuccenſus ī ra
pinam rerum inhians.dum quēdam ru
ſticum tormentis crudelib9 affligeret eū
q3 per ſupplicia diuerſa laniaret.vict9 pe
nis ruſticus ſeſe res ſuas Benedicto dei
famulo cōmendaſſe profeſſus eſt.ut dum
hoc a torquente credit ſuſpenſa interim
crudelitate.ad vitam hore raperentur.
Tūc idem halla ceſſauit ruſticū tormētis
affligere.ſed ei9 brachia loris fortibus

aſtringens ante equum ſuum cepit impellere ut quis eſſet benedictus qui eius res ſuſceperat demonſtraret. Quem ligatis brachijs ruſticus antecedens duxit ad ſancti viri monaſterium cumq; ante ingreſſum celle ſolum ſedentem reperit et legentem. Eidem autem ſubſequenti et ſevienti zalle ruſticus dixit Ecce iſte eſt de quo dixeram tibi benedictus pater. Quem dum fervido ſpiritu et perverſe mentis inſania fuiſſet intuitus eo terrore quo conſueverat acturum ſe exiſtimans magnis cepit vocibus clamare dicens. Surge ſurge et res iſtius ruſtici redde quas accepiſti. Ad cuius vocem vir dei protinus oculos levavit a lectione eumq; intuitus mox etiam ruſticum qui ligatus tenebatur attendit. Ad cuius brachia dum oculos deflexiſſet miro modo tanta ſe celeritate ceperunt illigata brachijs lora devolvere ut diſſolvi tam concite nulla hominum feſtinatione potuiſſent. Cumq; is qui ligatus venerat cepiſſet ſubito aſtare ſolutus ad tante poteſtatis vim tremefactus zalla ad terram corruit et cervicē crudelitatis rigide ad eius veſtigia inclinans ſe orationibus illius commendavit. Vir autem ſanctus a lectione minime ſurrexit ſed vocatis fratribus eum introrſus tolli ut benedictionem acciperet precepit. Quem ad ſe reductum ut a tante crudelitatis inſania quieſcere deberet admonuit. Qui fractus recedens nil ulterius petere a ruſtico preſumpſit quem vir domini non tangendo ſed reſpiciendo ſolverat. Ecce eſt petre quod dixi quia hij qui omnipotenti deo familiarius ſerviunt aliquando mira facere etiam ex poteſtate poſſunt. Qui enim ferocitatem gothi terribilis ſedens repreſſit lora vero nodoſq; ligature que innocentis brachia aſtrinxerant oculis diſſolvit ipſa miraculi celeritate indicat quia ex poteſtate acceperat habere quod fecit. Rurſum quoq; quale quantumq; miraculum orando valuit obtinere ſubiungam

uadam die cum fratribus ad agri opera fuerat egreſſus. Quidā vero ruſticus defuncti filij corpus in ulnis ferens orbitatus luctu eſtuans ad monaſterium venit Benedictum patrē queſivit. Cui cū dictum eſſet quia idem pater cum fratribus in agro moraretur protinus ante monaſterij ianuam corpus extincti filij proiecit et dolore turbatus ad inveniendum venerabilem patrem ſeſe conatus in curſum dedit. Eadē vero hora vir dei ab agri opere iam cū fratribus revertebatur. Quem mox ut orbatus ruſticus aſpexit clamare cepit Redde filium meum redde filium meum Vir autem dei in hac voce ſubſtitit dicens. Numquid ego filium tuum tibi abſtuli. Cui ille reſpondit. Mortuus ē veni reſuſcita eum. Qd ut mox dei famulus audivit valde contriſtatus eſt dicens. Recedite fratres recedite hec noſtra non ſunt ſed ſanctorum apoſtolorum ſunt. Quid nobis onera vultis imponere que non poſſumus portare At ille quem nimius cogebat dolor in ſua petitione perſtitit iurans ꝙ non recederet niſi eius filium reſuſcitaret. Quem mox dei famulus inquiſivit dicens. Ubi eſt. Cui ille reſpondit. Ecce corpus eius ad ianuam monaſterij iacet. Ubi dum vir dei cum fratribus perveniſſet flexit genu et ſuper corpus ſculum infantis incubuit ſeſeque erigens ad celum palmas tetendit dicens

Domine nō aſpicias peccata mea ſ; fidem huius hominis q̄ reſuſcitari filiū ſuum rogat et redde in hoc corpuſculum animam quā abſtuliſti Dix in oracōne verba cōpleuerat · et regrediēte anima ita corpuſculum pueri omne ꝯtremuit · ut ſub oculis omniū q̄ aderant apparuerit ꝯcuſſione mirifica tremendo palpitaſſe Cuius mox manum tenet et eū patri viuentem atq; incolomē dedit . Liquet petre q2 hoc miraculum in poteſtate non habuit. qd̄ proſtratus pecijt ut exhibere potuiſſet.

Petrus.

Ic cūcta eſſe ut aſſeris ꝯſtat patenter. q2 verba que ꝑpoſueras rebus ꝓbas. Sȝ queſo te ut indices ſi ſancti viri omnia q̄ volunt poſſunt et cūcta impetrant q̄ deſiderant obtinere.

Gregorius.

Vis nam erit petre in hac vita paulo ſublimior. q̄ de carnis ſuc ſtimulo ter dominū rogauit. ⁊ tamē qd̄ voluit obtinere nō valuit. Ex qua re neceſſe eſt ut tibi de venerabili patre Benedicto narrem q2 fuit qddam qd̄ voluit. ſed nō valuit implere . Soror nāq; eius ſcolaſtica nomine omnipotenti domino ab ipſo infancie tempore dedicata. ad eum ſemel ꝑ annum venire cōſueuerat ad quā vir dei nō longe extra ianuam in poſſeſſione monaſterij deſcendebat . Quadā vero die venit ex more atq; ad eam cum diſcipulis venerabilis eius deſcendit frater. Qui totum diē in dei laudib; ſacriſq; colloquijs ducentes incūbentib; iā noctis tenebris ſimul acceperunt cibos . Cumq; ad menſam ſederent et inter ſacra colloquia tardior ſe hora ꝑtraheret. eadem ſanctimonialis femina ſoror eius eum rogauit dicens . Queſo te ut iſta nocte nō me deſeras ut uſq; mane aliqd̄ de celeſtis uite gaudiis loquamur. Cui ille reſpondit. Quid eſt qd̄ loqueris ſoror. Manere extra cellā nullatenus poſſum. Tanta vero erat celi ſerenitas ut nulla in aere nubes appareret. Sāctimonialis aūt femina cū verba fratris negantis audiſſet. inſertas digitis manus ſuper menſam poſuit et caput in manib; omnipotentē dominū rogatura declinauit. Cumq; leuaret de mēſa caput tanta coruſcacionis ⁊ tonitrui virtus. tātaq; inundacio pluuie erupit. vt neq; venerabilis benedictus neq; fratres q̄ cum eo aderāt ex loci limen quo cōſederāt pedem mouere potuiſſent. Sāctimonialis quippe femina caput ī manibus declinans lacrimaꝝ fluuiū in mēſam fuderat. ꝑ quē ſerenitatem aeris ad pluuiā traxit. Nec paulo tardius poſt oracionem inundacio illa ſecuta eſt. ſ; tāta fuit ꝯuenienda oracionis ⁊ inundacionis ut de menſa caput iam cum tonitruo leuaret · quatinus vnū idemq; eſſet momentū ⁊ leuare caput ⁊ pluuiā deponere . Tunc vir dei inter coruſcos et tonitruos atq; ingentis pluuie inundacionem videns ſe ad monaſterium non poſſe remeare. cepit cōqueri cōtriſtatus dicens · Parcat tibi omnipotens deus ſoror. quid eſt qd̄ feciſti Cui illa reſpōdit Ecce te rogaui ⁊ audire me noluiſti rogaui dominū meum ⁊ audiuit me Modo ergo ſi potes egredere ⁊ me dimiſſa ad monaſteriū recede. Ipſe aūt exire extectum nō valens qui remanere ſpōte noluit in loco māſit inuitus. Sicq; factum eſt ut totam noctem peruigilem ducerent. atq; ꝑ ſacra ſpiritalis uite colloquia ſeſe vicaria relacione ſaciarent. Qua de re dixi eum voluiſſe aliquid ſ; minime potuiſſe q2 ſi venerabil' viri mentem aſpiciamus dubium nō eſt quin eandem ſerenitatem voluerit in q̄ deſcēderat

permanere ſed contra hoc quod voluit
in virtute omnipotentis dei ex femine
pectore miraculum inuenit. Nec mirum
quod plus illo femina que diu fratrem vi
dere cupiebat in eodem tempore valuit
Quia enim iuxta iohannis vocem de:
us caritas eſt iuſto valde iudicio illa
plus potuit que amplius amauit.

Atque multū placet Petrus
quod dicis. Gregorius.

Cumque die altero eadem venerabi:
lis femina ad cellam propriam
receſſiſſet vir dei ad monaſterium redi
it. Cum vero poſt triduum in cella con
ſiſtens eleuatis in aera oculis vidit e:
iuſdē ſororis ſue animam de eius corpo
re egreſſam in columbe ſpecie celi ſecre
ta penetrare. Qui tante eius glorie
congaudens omnipotenti deo in ymnis
et laudibus gracias reddidit eiuſque obi
tum fratribus denunciauit. Quos eci
am protinus miſit vt eius corpus ad
monaſterium deferrent atque in ſepul:
chro quod ſibi ipſe parauerat ponerēt
Quo facto contigit vt quorum mens
vna ſemper in deo fuerat eorum quoque
corpora nec ſepultura ſepararet

Alio quoque tempore ſeruandus
diaconus atque abbas eius mona
ſterij quod in campanie partibus a libe
rio quondam patricio fuerat conſtru:
ctum ad eū uiſitacionis gracia ex more
venire conſueuerat eiuſque monaſteriū fre
quentabat vt quia idem quoque vir do:
ctrina gracie celeſtis influebat dulcia
ſibiinuicem vite verba tranſfunderent
et ſuauem cibum celeſtis patrie quia
adhuc perfecte gaudendo non poterant
ſaltem ſuſpirando guſtarent. Cumque ho
ra iam quietis exigeret in cuius turris
ſuperioribus ſe venerabilis benedictus
in eius quoque inferioribus ſe ſeruandus
diaconus collocauit quo videlicet in
loco inferiora ad ſuperiora peruius con
tinuabat aſcenſus. Ante eandem vero
turrim largius erat habitaculū in quo
vtriuſque diſcipuli quieſcebāt. Cūque vir
dei benedictus adhuc quieſcentibus fra
tribus vigilijs nocturne oracionis tem
pora preueniſſet ad feneſtram ſtans et
omnipotentem deum deprecans ſubito
in tempeſta noctis hora reſpiciens vi:
dit fuſam lucem deſuper cunctas tene
bras effugaſſe tantoque ſplendore clare:
ſcere vt diem vinceret lux illa que ī te
nebris radiaſſet. Mira autem res valde
in hac ſpeculacione ſecuta eſt quia ſi:
cut poſt ipſe narrauit omnis eciam
mundus velut ſub uno ſolis radio colle
ctus ante oculos eius adductus eſt. Qui
venerabilis pater dū intentā oculorū aci:
em in hoc ſplendore coruſce lucis infige
ret vidit germani capuani epiſcopi a:
nimam in ſpera ignea ab angelis in ce
lum ferri. Tunc tanti ſibi teſtem volēs
adhibere miraculi ſeruandum diaconū
iterato bis terque eius nomine cum cla
moris magnitudine vocauit. Cumque
ille fuiſſet inſolito tanti viri clamore
turbatus aſcendit reſpexit partemque iā
lucis exiguam vidit. Cui tantum hoc
obſtupeſcenti miraculum vir dei per or
dinem que fuerant geſta narrauit ſta
timque incaſſinum caſtrum religioſo vi
ro theoprobo mandauit vt ad capua
nam vrbem ſub eadem nocte tranſmit
teret et quid de germano epiſcopo age
retur agnoſceret et indicaret. Factumque
eſt et reuerendiſſimum virum Germa
num epiſcopum is qui miſſus fuerat
iam defunctum reperit et requirens ſub
tiliter agnouit eodem momento fuiſſe
illius obitū quo vir domini eius agno
uit aſcenſum. Petrus

Jrā res valde ⁊ vehementer ſtupē da Sȝ hoc qd̄ dictum eſt qꝛ ante oculos ipſi⁹ quaſi ſub vno ſolis radio collect⁹ omnis mundus adductus eſt ſicut nūꝙ̄ expertus ſum ita nec comicere ſcio. quo ordine fieri poteſt ut mundus ois ab hoīe vno videat. Gregori⁹

Jrum tene petre qd̄ loquor. quia anime videnti creatorem. anguſta eſt omnis creatura. Quālibet ⁊ eni̅ parꝫ de luce creatoris aſpexerit. breue ei fit omne qd̄ creatum eſt. qꝛ ipſa luce viſio nis intime mentis laxatur ſin⁹. tantūq; expanditur in deo ut ſupior exiſtat mū do. fit vero ipſa videntis anima etiā ſup ſemetipſam. cūq; in dei lumine rapif ſup ſe in interioribus ampliatur ⁊ dū ſub ſe cōſpicit exaltata cōprehendit ꝙ̄ breue ſit qd̄ cōprehendere humiliata nō pote rat. Vir ergo qui intueri globum igneū angelos ꝙ̄ ad celum redeuntes videbat hec ꝑculdubio cernere nō niſi in dei lu mine poterat Quid itaq; mirꝫ ſi mundū ante ſe collectum vidit. qui ſubleuatus in mentis lumine extra mundū fuit. Qd̄ autē collectus mundus ante ei⁹ oculos dicitur. nō celum ⁊ terra contracta eſt. ſed videntis anim⁹ dilatatus. quomodo in deo raptus videre ſine difficultate po tuit omne qd̄ infra deum eſt. Jn illa er go luce que exterioribꝫ oculis fulſit. lux interior in mente fuit. que videntis ani mum qꝛ ad ſupiora rapuit ei quā an guſta eſſent oīa inferiora monſtrauit.

Petr⁹.

Jdeo michi utiliter nō intellexiſſe que dixeras. quando ex tarditate mea tantū creuit expoſitio tua. Sed qꝛ hec liquide meis ſenſibꝫ infudiſti queſo ut ad narrationis ordinem redeas.

Gregori⁹.

Jbet petre adhuc de hoc venerabili patre multa narrare. ſꝫ quedā ei⁹ ſtudi oſe pretereo. qꝛ ad alioꝝ geſta voluē da feſtino. Hoc autē nolo te lateat. qd̄ vir dei inter tot miracula quibꝫ in mun do claruit. doctrine ꝙ̄ verbo non medio criter fulſit. Nam ſcripſit monachorum regulam diſcretione precipuā. ſermone luculentam. Cui⁹ ſi quis velit ſubtilius mores vitamq; cognoſcere poteſt ī ea dem inſtitutione regule. oēs magiſterij illi⁹ act⁹ inuenire. qꝛ ſanct⁹ vir nullomo do potuit aliť docere ꝙ̄ vixit.

Odem vero anno quo de hac vi ta erat exitur⁹ quibuſdā diſcipu lis ſecum cōuerſantibꝫ. quibuſdā longe manentibꝫ ſanctiſſimi ſui obitus denū ciauit diem. preſentibꝫ indicens ut au dita p ſilentia tegerēt abſentibꝫ indicās qd̄ vel quale eis ſignum fieret quando eius anima de corpore exiret. Ante ſex tum vero ſui exitus diē apire ſibi ſepul turam iubet. Qui mox correptus febri bus acri cepit ardore fatigari. Cumq; p dies ſingulos languor ingueſceret. ſexta die portare ſe in oratoriū a diſcipulis fecit. ibiq; exitū ſuū dn̄ia corporis ⁊ ſan guinis perceptione muniuit. atq; inter di ſcipulorum manus in becillia membra ſuſtentans erectis in celum manibꝫ ſte tit et vltimū ſpiritū inter verba orationis efflauit. Qua ſcilicet die duobus de co fratribꝫ vni in cella commoranti. alteri autem longius poſito reuelatio vni⁹ at q; indiſſimilis viſionis apparuit. Vide runt nāq; qꝛ ſtrata pallijs atq; innume ris coruſca lampadibꝫ via recto orien tis tramite ab eius cella in celū vſq; ten debatur. Cui venerādo habitu vir deſup clar⁹ aſſiſtens cui⁹ eſſet via quā cerne rent inquiſiuit. Jlli aūt ſe neſcire ꝓfeſſi ſūt. Quibꝫ ipſe ait. hec eſt via q̄ dilect⁹ dn̄o celum Benedictus aſcendit. Tūc

itaq; ſancti viri obitum ſicut preſentes
diſcipuli viderunt. ita abſentes hoc ſig
no quod eis predictum fuerat agnoue
runt Sepultus vero eſt in oratorio be
ati iohannis baptiſte qḋ deſtructa ara
Apollinis ipſe ↄſtruxit. Qui ⁊ ī ea ſpe
cu in qua prius habitauit nūcuſq; ſi pe
tenciū fides exigat. miraculis choruſcat.

Vper namq; eſt res geſta quam
narro. quedam mulier mente rap
ta dum ſenſum funditus perdidiſſet. per
montes ⁊ valles ſiluas ⁊ campos. die
noctuq; vagabatur. ibiq; tantummodo
quieſcebat. vbi hanc quieſcere laſſitudo
coegiſſet. Quadam vero die dum vaga
minium erraret ad beati viri benedicti
ſpecum deuenit ibiq; neſciens ingreſſa
manſit. Mane autem facto ita ſanato
ſenſu egreſſa eſt. ac ſi eam numquā inſa
nia capitis vlla tenuiſſet. que omni vi
te ſue tempore in eadem quā accepit ſa
lute pmanſit. Petrus.

Vid nam eſſe dicimus qḋ plerū
q; in ipſis q; patrocinijs ſic eſſe
ſentimus vt non tanta p corpora ſua
quanta beneficia per reliquias oſtendāt
atq; illic maiora ſigna faciunt vbi mi
nime p ſemetipſos iacēt. Gregorius

Si in ſuis corporibꝫ ſancti marti
res iacent. dubium Petre non eſt
q multa valeant ſigna demonſtrare ſi
cut et faciunt et pura mente querentibꝫ
innumera miracula oſtendunt. Sed q̄
ab infirmis poteſt mentibus dubitari.
vtrum ne ad exaudiendum ibi preſen
tes ſint vbi conſtat quia in ſuis corpo
ribus non ſint ibi neceſſe eſt eos maio
ra ſigna oſtendere vbi de eorum preſen
cia poteſt mens infirma dubitare Quo
rum vero mens in deo fixa eſt tanto ma
ius habet fidei meritum quanto illic eos
nouit et non iacere corpore et tamē nō
deeſſe ab exaudicione. Vnde ipſa q; veri
tas vt fidem diſcipulis augeret dixit. ſi
ego non abiero paraclitus non veniet
ad vos. Cum enim conſtet. quia paracli
tus ſpiritus a patre ſemper procedat et
filio. cur ſe filius receſſurum dicit ut ille
veniat qui a filio nunq̄ recedit. Sed
quia diſcipuli in carne dominum cer
nentes corporeis hunc oculis ſemp vi
dere ſitiebant recte eis dicitur. Niſi ego
abiero paraclitus non veniet Ac ſi apte
diceretur Si corpus nō ſubtraho. qs
ſit amor ſpiritus non oſtēdo. et niſi me
deſieritis carnaliter cernere numq̄ me
diſcetis ſpiritualiter amare. Petrus

Placet qḋ dicis. Gregorius

Aliquantum iam a locucione ceſ
ſandum eſt. vt ſi ad aliorum mi
racula narranda tendimus loquē
di vires interim per ſilenciū reparemus.

Explicit vita beati benedicti abbatis.

Dm vicinis valde patri
bus intendo· maiorū fa-
cta reliquerā ita ut pau-
lini miraculū nolane ur
bis episcopi q̄ multos q̄
rū memini ꝟtute ⁊ tpe ꝓceſſit·memorie
defuiſſe videat. Sed ad ꝓora nunc te
deo eaqꝫ quanta valeo breuitate ꝑſtri
go· Sicut em̄ bonoꝝ facta innoteſcere
autem fratres tanto ꝑ eo ceperunt eni-
xius orare q̄nto eum iam videbāt ſb ce
leritate diſcedere. Tū repente cepit eiſdē
fratribus aſſiſtentibus clamare et cum
magnis vocibus oracōes eorum inter-
rumpe dicēs. Recedite ecce draconi ad
deuorandum datus ſū qui ꝓpter veſtrā
ꝑſenciā deuorare me non poteſt. Caput
meum iam ī ſuō ore abſorbuit date lo
cum ut non me amplius cruciet ſed fa
ciet quod facturus eſt. Si ei ad deuo-
randum datus ſū quare ꝓpter vos mo-
ras pacior. Tūc fratres ceperūt ei dicere
Quid eſt quod loqueris frater. Signū
tibi ſancte crucis imꝑme. Reſpondit
ille dicens. volo me ſignare ſ nō poſſū
qꝛ ſquamis hui⁹ draconis ꝑmor. Cūq̄ʒ
hoc fratres audirēt ꝓſtrati in terram cū
lacrimis ceperunt ꝑ erepcōe illius vehe
mencius orare et ecce ſubito cepit eger
clamare dicēs. Gracias deo ecce draco
qui me ad deuorandum acceperat fugit
orōnibus veſtris expulſ⁹ ſtare non po-
tuit. Pro peccatis modo intercedite qꝛ
cōuerti paratus ſū et ſecularem vitā fū-
ditus relinquere. Homo g̊ qui ſicut iā
dictum eſt ab extrema corporis ꝑte fue
rat ꝑmortuus reſeruās ad vitā toto cor
de ad deum ꝯuerſus eſt et poſtq̄ muta-
tus mēte diu eſt flagellis attritus ⁊ tūc
eius anima carne ſoluta eſt.

T contra Cryſorius ſicut ꝓbus
ꝓpinquus illius cuius iā ſuperius
memoriam feci narrare cōſueuit vir in
hoc mundo valde ydoneus fuit ſ tantū
plenus vicijs quantum rebus ſuperbia
tumidus carnis ſue voluptatib⁊ ſubdi-
tus in acq̄rendis reb⁹ auaricie facibus
accenſus. Sed cum tot malis dominus
finem ponere decreuiſſet corporali hūc
moleſtia ꝑcuſſit Qui ad extremum ve-
niens eadē hora quā iam de corpore erat
exitur⁹ apertis oculis vidit deterrimos
et nigerrimos ſpiritus coram ſe aſſiſte-
re ⁊ vehementer imminere ut ad inferni
clauſtra eum raperent. Cepit tremere
palleſcere ſudare et magnis vocibus in
ducias petere filiū ſuum nomine maxi-
mum quem ipſe iam monachūs mona
chum vidit nimis turbatus vocib⁹ vo
care dicens. Maxime curre numq̄ tibi
mali aliquid feci in fide tua me ſuſcipe.
Turbatus mox maxim⁹ adfuit lugens
ac ꝑſtrepens familia cōuenit Eos autem
q̄s ille inſiſtentes ſibi grauit tollerabat
ipſi malignos ſpūs videre non poterant
ſ eorum ꝑſenciā in cōfuſione et pallore
et tremore illi⁹ qui trahebatur videbāt
Pauore autem terre eorum ꝑmagnis
huc illucq̄ʒ vertebatur in lecto iacebat

in ſiniſtro latere aſpectum eoꝝ ferre nō
poterat vertebatur ad parietē ibi aderant
Cūq; ꝯſtrictꝰ nimis relaxari ſe iā poſſe
deſperaret cepit magnis vocibꝰ clamare
Jnducias uſ' vſq; mane inducias uſ' vſ
q; mane. Sꝫ cū hec clamaret i ipſis vo
cibꝰ de habitaculo ſue carnis euulſꝰ eſt
De quo miniꝝ ꝯſtat q̄ꝛ ꝓ nobis iſta n̄
ꝓ ſe viderit ut eius viſio nobis ꝓficiat
quos adhuc diuina paciencia longani
miter expectat. Nā illi teteros ſpiritꝰ an̄
mortem vidiſſe. et inducias petiſſe quid
ꝓfuit qui eaſdem inducias quas pecijt
nō accepit. Eſt etiā nūc apud nos atha
naſius ex yſauria pbr̄ qui in diebꝰ ſuiſ'
yconij rem terribilē narrat euenisse Jbi
nāq; ut ait q̄ddam monaſteriū Thon:
golaton dicit in quo quidā monachꝰ
magne eſtimacōis habebat bonis quip
pe cernebatur moribꝰ atq; in omni ſua
actione cōpoſitus. Sed ſicut ex fine res
paruit longe aliter ꝙ apparebat fuit.
Nā cū ieiunare ſe cū fratribꝰ demonſtra
ret occulte māducare ꝯſueuerat Q̄d eiꝰ
vicium fratres omnino neſciebant Sꝫ
corporis ſupueniente moleſtia ad vite
extrema pductus eſt. Qui cū iam eſſet
in fine fratres ad ſe omnes q̄ monaſte
rio merāt ꝯgregari fecit. At illi a tali
vt putabant viro moriente magnum
quid ac delectabile ſe ab eo audire cred
derūt. quibꝰ ipſe afflictꝰ ꝛ tremēs cōpul
ſus eſt ꝓdere cui hoſti traditꝰ cogebatur
exire Nā dixit Quando me vobiſcum
ieiunare credebatis occulte cōmedebam
et ecce nūc ad deuorandū draconi tradi:
tus ſum. Qui cauda ſua mea genua pe
deſq; colligauit caput ſuum intra meū
os mittens ſpiritum meum ebibens ex:
trabit. Quibus dictis ſtatim defunctuſ'
eſt. atq; ut penitendo liberari potuiſſet. a
dracone quem viderat expectatus nō eſt

Quod nimirum conſtat. q̄ꝛ ad ſolam
vtilitatem audiencium viderit. qui eum
hoſtem cui traditus fuerat ꝛ innotuit et
non euaſit.

Petrus.

Doceri vellem ſi poſt mortem pur:
gatorius ignis eſſe credendꝰ eſt.

Gregorius.

Jn euangelio dicit dn̄s Ambulate dū lu
cem habetis Per ꝓpheꝫ ꝙ ait Tempore
accepto exaudiui te et in die ſalutis ad:
iuui te Qd̄ paulus apl's exponēs dicit
Ecce nūc tempus acceptabile. ecce nūc
dies ſalutis. Salomon ꝙ ait. Qd̄cum
ꝙ poteſt manus tua facere inſtanter o
perare. q̄ꝛ nec opus. nec racio. nec ſciēcia
nec ſapiencia erit apud inferos quo tu
ꝓperas. Dauid quoq; ait. quia in ſecu
lum miſericordia eius. Ex quibus nimi
rum ſentencijs cōſtat. quia qualis hinc
quiſq; egreditur talis in iudicio preſen:
tatur. Sed tamen de quibuſdam leui:
bus culpis eſſe ante iudicium purgato:
rius ignis credendus eſt pro eo q̄d ve
ritas dicit. quia ſi quis in ſancto ſpiritu
blaſphemiam dixerit neq; in hoc ſecu
lo remittitur ei neq; in futuro. Jn qua
ſentencia datur intelligi quaſdam cul:
pas in hoc ſeculo quaſdam vero in fu:
turo poſſe laxari. Quod enim de vno
negatur. conſequens intellectus patet
quia de quibuſdam conceditur. Sed
tamen vt predixi hoc de paruis mini
miſq; peccatis fieri poſſe credendum eſt
ſicut eſt aſſidue ociosus ſermo immo:
deratus riſus vel peccatum cure rei fami
liaris. que vix ſine culpa vel ab ipſis a
gitur qui a culpa qualiter declinare de
ant ſciunt aut non in grauibus rebus
error ignorancie que cuncta etiam
poſt mortem grauant ſi adhuc in hac
vita poſitis minime fuerint relaxata.

Nam cum paulus dicat xp̄m ēē funda
mētum atq; ſtrīugat ſi quis ſup edifica
uerit ſup hoc fundamentum aurum ar
gentum lapides p̄ciosos ligna fenū ſti
pulā vnı̄ cuiuſq; opus quale ſit ignis
ꝓbabit· ſi cui⁹ opus manſerit qd̄ ſuper
edificauit mercedem accipiet ſi cui⁹ op⁹
arſerit detrimentum pacietur ipſe autē
ſaluus erit ſic tn̄ quaſi p ignē· Quāuis
hoc de igne tribulacōis in hac nobis vi
ta adhibito poſſit intelligi tamē ſi quis
hec de igne future purgacōis accipiat
pēſandum ſollicite eſt q̄a illū p ignē dixit
poſſe ſaluari nō qui ſup hoc fūdamentū
ferrūm es vel plumbum edificat idest
peccata maiora ⁊ idcirco duriora atq;
tūc iam inſolubilia ſ; ligna fenū ſtipulā
ideſt peccata minuta atq; leuiſſima q̄
ignis facile cōſumat hoc tamen ſciendū
eſt q2 illic ſaltē de minimis nichil quiſq;
purgacōis obtinebit niſi bonis hoc acti
bus in hac adhuc vita poſitus ut illic
obtineat ꝓmereatur.

Am cum adhuc eſſem iuuencul⁹
atq; in layco habitu ɔſtitut⁹ nar
rari a maioribus atq; ſcientibus audiui
qꝫ Paſchaſius hui⁹ apl'ice ſedis dyaco
nus cuius apud nos rectiſſimi ⁊ luculēti
de ſancto ſpiritu libri extant mire ſan
ctitatis vir fuerit elemoſinarū maxime
operibus vacans cultor pauperum ⁊ ɔ
temptor ſui· Sȝ hic in ea cōtencōe que
in ardeſcēte zelo fideliū int Symachū
atq; laurencium facta eſt ad pontifica
tus ordinē laurentium elegit et omniū
poſt vnanimitate ſuperatus in ſua tamē
ſnīa vſq; ad diem ſui exitus pſtitit illū
amando atq; p̄ferendo quē epiſcoporū
iudicio preeſſe ſibi eccl'a refutauit· Hic
itaq; cum temporibus Symachi apo
ſtolice ſedis p̄ſulis eēt defunctus eius
dalmaticam feretro ſuppoſitam demo
niacus tetigit ſtatimq; ſanatus eſt Poſt
multum vero temp⁹ Germano Capu
ano ep̄o cuius ſupius memoriam feci
medici ꝓ corporis ſalute dictauerant
ut in angularibus termis lauari debuiſſet
Qui ingreſſus eaſdem termas. p̄dictū
Paſchaſium diaconū ſtantē. et obſequē
tem in caloribus inuenit. Quo viſo ve
hementer extremuit ⁊ quid illic tantus
vir faceret inquiſiuit· Cui reſpondit ꝓ
nulla alia cauſa in hoc penali loco depu
tat⁹ ſū niſi q̄a ī pte laurēcij contra Sy
machum ſenſi. Sed queſo te ꝓ me do
minum dpprecare atq; in hoc ɔgnoſces
qꝫ exauditus ſis ſi huc rediens me nō
inueneris ·Qua de re vir dominus Ger
manus ſe in p̄cibus ſtrinxit ⁊ poſt pau
cos dies rediit ſ; iam dictum Paſchaſi
um in loco eodem minime inuenit ·q2 ei
non malicie ſed ignorācie errore pecca
uerat purgari poſt mortem a peccato
potuit· Quod tamen credendum eſt q2
ex illa elemoſinarum ſuarū largitate ſ;
obtinuit ut tūc poſſet ꝓmereri veniā cū
iam nil poſſet opari· Petrus.

Vid hoc eſt queſo te qꝫ in hijs ex
tremis temporibus tam multa de
animab; clareſcunt q̄ ante latuerunt
ita ut apertis reuelacōibus atq; oſtenſi
onibus venturum ſeculū inferre ſe nob̄
atq; apite videatur· Gregori⁹.

Ta eſt nam quātum preſens ſecu
lum ꝓpinquat ad finem tantum
futurum ſcl'm ipſa iam quaſi ꝓpinq̄tate
tangitur et ex ſignis manifeſtioribus
aperitur ·Quia enim in hoc cogitacōes
noſtras viciſſim minime videmus in il
lo autem noſtra in alterutrum corda cō
ſpicimus quid hoc ſeculum niſi noctem
et quid futurum niſi diem dixerim· Sȝ
quemadmodum cum nox finiri et dies
incipit oriri an̄ ſolis ortū ſimul aliquo

modo tenebre cū luce cōmixte ſūt quouſ
q; diſcedentis noctis reliquie in lucem
diei ſubſequentis ꝑfecte vertantur. ita
huiꝰ mundi finis iam cum futuri ſeculi
exordio ꝑmiſcetur atq; ipſe reliquiarū
eius tenebre quadam iam rerum ſpiri-
talium permixtione tranſlucent Et que
illius mūdi ſunt multa cernimus. Sed
nec dum perfecte cognoſcimus q2 qua
ſi in quodam mentis crepuſculo hec ve-
lut an̄ ſolem videmus. Petrus.

Lacet qd̓ dicis Sed de tanto vi-
ro Paſchaſio hoc animum ad in-
quiſicionem mouet ꝙ poſt mortem ad
penalem locum ductus eſt. cuius feretri
veſtis tangi potuit et malignꝰ ſpūs ab
obſeſſo homine fugari. Gregoriꝰ

Ac in re magna debet omnipotē-
tis dei diſpenſacio. et quā ſit mul-
tiplex agnoſci cuius iudicio actum eſt
vt iſdem vir Paſchaſius ⁊ ipſe intus a-
liquanto tempore reciperet ꝙ peccaſſet.
et tñ ante humanos oculos mira p cor
pus ſuū poſt mortem faceret Qui ante
mortem eis q; cognoſcentib; pia opera
fecerit ut neq; hij qui bona eius videāt
de elemoſinarum illiꝰ eſtimacione falle-
rentur neq; ipſa ſine vltione laxaretur
culpa. quā nec eſſe culpam credidit ⁊ id
circo hāc fletib; nō extinxit. Petrꝰ

Expendo que dicis. verūtamen hac
racione oſtrictus nō ſolum que
intelligo ſ; etiam ipſa que in me nō in-
telligo. cogor iam peccaa formidare. ſ;
queſo te q2 paulo ſuperius ſermo de lo-
cis penalib; inferni verſabatur vbi nam
eſſe infernum putamus ſuper hanc ter
ram an ſub hac terra eſſe credendus eſt.

Ac de re temere Gregoriꝰ
diffinire non audeo. nōnulli nāq;
in quadā terrar̄ pte infernū eſſe putaue
runt. alij vͦ hūc ſb̄ terra eſſe eſtimant.

Sed tñ hoc animū pulſat. q2 ſi idcirco
infernū dicimus q2 inferius iacet qd̓ ter
ra a celo eſt. hoc eſſe debet infernꝰ a terra.
Vnde et fortaſſe p pſalmiſtam dicit Li-
beraſti animā meā ex inferno inferiori
ut infernꝰ ſupior in terra. infernꝰ vͦ in
ferior ſb̄ terra eſſe videatur Et iohānis
vox in eſtimacōne iſta ꝯcordat. Qui cū
ſignatū libꝝ ſeptem ſigillis vidiſſe ſe di
ceret. q2 nemo inuentus eſt dignꝰ neq;
in celo neq; in terra neq; ſbtus terrā api
re libꝝ et ſoluere ſignacula eius adiu-
xit ⁊ ego flebam multum Quē tñ poſt
modū libꝝ p leonem de tribu iuda dicit
apire In quo videlicet libro qd̓ aliud
quā ſacra ſcriptura ſignat quā ſolꝰ re-
demptor noſter apuit. Qui homo factꝰ
moriēdo. reſurgendo. aſcendēdo. cuncta
miſteria que in eo fuerant clauſa pate-
fecit. et nullꝰ in celo. q2 neq; angelꝰ. nul
lus in terra q2 neq; homo viuēs in corpe
nullus ſbtus terram dignꝰ inuentus eſt
q2 neq; aīe corpe exute apire nobis pre
ter dn̄m ſacri eloquij ſecreta potuerunt.
Cū ergo ad aperiendū librum nullus
ſub terra inuentus eſt dignus dicit qd̓
obſtet nō video niſi ut ſb̄ terra eſſe infer
nus credatur. Petrus.

Veſo te vnus eſſe gehenne ignis
credendus eſt. an quanta peccato
rum diuerſitas fuerit. tanta quoq; eſti-
manda ſūt et ipſa incendia eſſe ꝑparata
Gregoriꝰ.

Vnus quidem eſt gehenne ignis
ſ; nō vnomodo oēs cruciat pec-
catores. Vnuſquiſq; etenī q̄ntū exigit
culpa. tanta illic ſenciet pena. Nā ſicut
in hoc mundo ſub vno ſole multi conſi
ſtunt. nec tamen eiuſdem ſolis ardorem
equaliter ſenciunt. quia alius plus eſtu
at. atq; alius minus. ita illic in vno
igne non vnus eſt modus incendij.

quia quod hic diuerſitas corporum h
illic agit diuerſitas peccatorum ut et ignē
non diſſimilem habeant et tamē eoſdē
ſingulos diſſimiliter exurat·

Vmquid nam Petrus

Queſo te dicamus eos qui ſemel
illic merſi fuerint ſemp arſuros·

Onſtat nimirum Gregorius
et incunctanter verum eſt q̄ ſicut
finis nō eſt gaudio bonorum ita finis
non erit tormento malorum ·Nam cū
veritas dicat ibunt impij in ſuppliciū
eternum iuſti autem in vitam eternam
quia verum eſt quod pmiſit falſum p
culdubio non erit qd̄ minatus eſt deus·

Vid ſi quis Petrus·
dicat idcirco peccantibus eternā
penam minatus ē ut eos a peccatorum
perpetracōe cōpeſceret· Gregorius

J falſū eſt quod minatus eſt ut
ab iniuſticia corrigeret eciam falſa
eſt pollicitus ut ad iuſticiam puocaret
Sz quis hoc dicere vel inſanꝰ pſumat
et ſi minatus eſt quod non erat impletu
rus dum aſſerere eum miſericordem vo
lumus fallacem quod dicis nefas eſt p
dicare cōpellimur. Petrus·

Cire velim qd̄ iuſtum ſit ut culpa
que cum fine perpetrata eſt ſine fine
puniatur. Gregorius.

Oc recte diceɫ ſi diſtrictus iudex
non corda hominum ſed facta pē
ſaret·Jniqui enī ideo cum fine deliquerūt
q̄ cum fine vixerunt ·Nam noluiſſent
vtiqꝫ ſi potuiſſent ſine fine viuere ut po
tuiſſent ſine fine peccare·Oſtendūt enī
q̄ in peccato ſp viuere cupiūt q̄ nunq̄
deſinūt peccare dū viuūt·Ad magnā g̃
iuſticiam iudicantis pertinet ut nunquā
careant ſupplicio qui in hac vita nūq̄
voluerunt carere peccato

Petrus

J nullus iuſtus crudelitate paſci
tur ꝛ delinquēs ſeruus a iuſto do
mino idcirco cedi p̄cipitur ut a nequicia
corrigatur ad h ergo vapulat ut emen
dari debeat·Jniqui autē iehenne ignibꝫ
traditi ſi ad correpcionem nō puenīūt q̄
fine ſemper ardebunt· Gregorius

Omnipotens deus quia pius eſt
miſerorum cruciatu non paſcitur·
q̄ vero iuſtꝰ eſt ab iniquorum vlcione
imperpetuum nō ſedatur·Sz iniqui oēs
eterno ſupplicio deputati ſua quidē iniq
tate puniuntur ꝛ tamē ad aliquid arde
bunt ſcilicet ut iuſti omnes et in deo vi
deant gaudia que pcipiūt ꝛ in illis re
ſpiciant ſupplicia que euaſerūt quatenꝰ
tanto magis ineternum gracie diuine
debitores ſe ēē cognoſcant quāto ineter
num mala puniri conſpiciunt que eius
adiutorio vicerunt· Petrus.

T vbi eſt q̄ ſancti cum p inimicis
ſuis quos tunc ardere vident nō
orabunt quibus vtiqꝫ dictum eſt pro
inimicis veſtris orate· Gregorius

Ro inimicis ſuis orant eo tempo
re quo poſſūt ad fructuoſam pe
nitenciam eorum corda conuertere atqꝫ
ipſa conuerſione ſaluare· Quid enī ali
ud p inimicis orandum eſt niſi hoc qd̄
apl's ait ut det illis deus penitenciam
ad cognoſcendam veritatē et reſipiſcāt
a diaboli laqueis a quo capti tenentur
ab ipſiꝰ voluntate .Et quomodo p illꝭ
tunc orabunt qui iam nullatenus poſ
ſūt ad iuſticie opera ab iniquitate cōmu
tari·Eadem itaqꝫ cauſa eſt cur non oreɫ
tūc p hoībus igni eterno dampnatis q̄
nunc etiā cauſa eſt ut nō oretur p dya
bolo angeliſqꝫ eiꝰ eterno ſupplicio depu
tatis·Que nūc etiā cauſa eſt ut n̄ orēt
Sancti homines pro hominibus infide
libꝰ impijſqꝫ defunctis·Quia p eis utiqꝫ

quos eterno deputatos ſupplicio iam nō
uerūt. ante illum iudicis iuſti conſpectū
oracionis ſue meritum caſſari refugiunt
ꝙ ſi nunc quoqꝫ viuentes iuſti mortuiſ
damnatis iniuſtis minime compaciun
tur quando adhuc aliquid iudicabile d̄
ſua carne ſe perpeti etiam ipſi nouerunt
Quanto enim diſtrictius tunc iniquo-
rum tormenta reſpiciunt. tanto ab omī
vicio corrupcionis exuti ipſi iā iuſticie
vicinius atqꝫ arcius inherebunt. Sic
quippe eorum mentes per hoc qḋ iuſtiſſi
mo iudici inherent. ius diſtrictionis ab
ſorbet ut omnino eis nō liceat. quicqd
ab illius eterne regule ſubtilitate diſcor
dat. Petruſ.

Non eſt iam ꝙ reſpondere debeam
aperte racioni Sꝫ hec nunc que
ſtio mētem mouet quomodo anima im
mortalis dicit̄ dum conſtat ꝙ in perpe
tuo igne moriatur. Gregoriꝰ

Duia duobus modis vita dicitur
duobꝫ etiam modis mors debet
intelligi. Aliud eſt namqꝫ ꝙ in deo viui
mus Aliud vero ꝙ ī hoc ꝙ conditi vel
creati ſumus. Idem aliud eſt beate viue-
re. atqꝫ aliud eſſencialiter Anima itaqꝫ
mortalis eſſe intelligitur et immortaliſ
Mortalis quippe qꝛ beate viuere amit
tit. immortalis autem quia eſſencialiter
viuere numquā deſinit. et nature ſue vi
tam perdere nō ualet cū in perpetua fuerit
morte damnata Illic enim poſita bea-
ta eſſe perdit et eſſe nō pdit. Qua ex re
cogitur ſemper ut ⁊ mortem ſine morte
et defectum ſine defectu. ⁊ finem ſine fine
paciatur. quatenus ei ⁊ mors immorta
lis ſit. et defectus indeficiens et finis in
finitus. Petruſ.

Quis hanc tā inexplicabilem dam
nacionis ſentenciam cuiuſlibet ſic
operis ad exitum veniens nō ꝑtimeſcat
quando ⁊ ſi iam nouit quid egit et ad
huc tamen facta illius quā ſubtiliter
iudicentur ignorat.

Gregoriꝰ.

Ut aſſeris ita eſt. Sꝫ plerumqꝫ de
culpis minimis ipſe ſolus pauor
egredientes animas iuſtorum purgat
ſicut narrari de quodam ſancto viro
me frequenter audiſti. Qui ad mortem
veniens vehementer timuit. Sed poſt
mortem diſcipulis in ſtola candida ap
paruit et quā preclare ſit ſuſpectus in-
dicauit. Nōnumqꝫ vero omnipotens de
us trepidancium mentes quibuſdam pri
us reuelacionibus roborat vt in morte
minime pertimeſcant. nam quidam me
cum in monaſterio frater Anthonius
nomine viuebat qui multis cottidia-
nis lacrimis ad gaudia patrie celeſtis
anhelabat. Cumqꝫ ſtudioſiſſime et cum
magno feruoris deſiderio ſacra eloquia
meditaretur. non in eis verba ſciencie.
Sed fletum compunctionis inquire-
bat. quatenus per hec excitata mens e-
ius marceſceret. et ima deſerens ad regi
onem celeſtis patrie per contemplacio
nem volaret. Huic p viſionem noctur
nam dictum eſt. Paratus eſto. et quia
dominus iuſſit migra. Cumqꝫ ille non
habere ſumptus ad migrandum diceret
reſponſum protinus audiuit dicens.
Si de peccatis tuis agitur dimiſſa ſunt
Quod cum ſemel audiſſet et magno
adhuc metu trepidaret. nocte quoqꝫ a
lia eiſdem verbis eſt ammonitus Tunc
poſt quinqꝫ dies febre correptus. cun-
ctis fratribus orantibus flentibuſqꝫ de
functus eſt.

Alius etiā frater ī eodem mona
ſterio Merolꝰ dicebat. vehemē
ter lacrimis atqꝫ eleōſimiſ inte
tꝰ pſalmodie vo ex ore illiꝰ pene nu-

tempore ceſſare conſueuerant excepto cū aut alimentum corpori aut menbra dediſſet ſopori. Huic nocturna viſione apparuit q ex albis floribus corona d celo in caput illius deſcendebat. Qui mox moleſtia corporis occupatus cum magna ſecuritate animi atq hilaritate defunctus eſt. Ad cuius ſepulchrum dñ petrus q nūc monaſterio meo preeſt ſibi ſepulturam facere poſt annos quatuordecim voluiſſet tanta ut aſſeritur de eodem ſepulchro illius fraglancia ſuauitatis emanauit ac ſi illic florum omniū fuiſſent odoramenta congregata. Qua ex re manifeſte patuit quam verū fuit quod p nocturnam viſionē vidit

In eodem quoq monaſterio aliquis quidam johannes dictus ē magne indolis adoleſcens qui etatem ſuam intellectu et humilitatis dulcedine et grauitate tranſiebat. Huic egrotanti atq ad extremum deducto per nocturnam viſionem ei quidam ſenex apparuit et hūc virga tetigit eiq dixit. Surge ex hac enim moleſtia modo minime morieris ſ paratus eſto q longum tempus hic facturus non eris. Qui dum iam eſſet a medicis deſperatus repente ſanatus eſt atq conualuit rem quam viderat narrauit ſeq p biennium in dei ſeruicio ſicut predixi ultra etatis ſue annos exhibuit. Ante hoc autem triennium cum quidam frater fuiſſet mortuus atq in eiuſdem monaſterii cimiterio a nobis ſepultus cunctis nobis ab eodem cimiterio exeuntibus idem johannes ſicut poſtmodum pallens et tremens indicauit illic nobis diſcedentibus inuentus ab eodem fratre q mortuus fuerat de ſepulchro vocatus ē Quod mox eciā ſubſequens finis edocuit nam poſt dies decem in acceſſus febribus carne ſolutus eſt. Petrus

Decerni vellem ſi hoc quod p nocturnas viſiones oſtenditur debeat obſeruari. Gregorius

In hoc Petre ſciendum eſt q ſex modis tāgunt animum ymagines ſompniorum. Aliquando namq ſompnia ventris plenitudine vel inanitate aliquando vero illuſione aliqñ cogitacōe ſimul et illuſione aliquando reuelacōe aliquando autem cogitacōe ſimul et reuelacione generantur. Sed duo q prima diximus omnes experimento cognoſcimus ſubiūcta aū quatuor i ſacre ſcripture pagina reperimus. Somnia enī niſi plerumq ab occulto hoſte per illuſionem fierent nequaquam hoc vir ſapiens indicaret dicens. Multos enim errare fecerunt ſōpnia et exciderūt ſperātes in illis. Et iterū. Nō augurabimini nec obſeruabitis ſompnia quibus profecto verbis cuius ſint deteſtacionis oſtenditur que augurijs coniunguntur. Rurſus niſi aliquando ex cogitacione ſimul et illuſione procederet vir ſapiens minime dixiſſet. Multas curas ſecuntur ſompnia. Et niſi aliqñ ſomnia ex miſterio reuelacionis oriret ioſeph preferendum ſe fratribus ſompnio non vidiſſet nec ſponſū Marie ut ablato puero in egyptum fugeret per ſompnium angelus amoneret. Rurſū niſi aliquando ſompnia ex cogitacione ſimul et reuelacione procederēt nequaquam. Daniel propheta nabuchodonoſor viſionem diſſerens a radice cogitacōis inchoaſſet dicens. Tu rex cepiſti cogitare in ſtratu tuo qd eēt futurū poſt hec et q reuelat miſteria oſtendit tibi que ventura ſunt. Et paulo poſt. Videbas et ecce quaſi ſtatua vna grandis ſtatua illa magna et ſtatura ſublimis ſtabat cōtra te et cetera. Daniel itaq dum ſompnium ad implendū reuerenter inſinuat et ex qua ortum ſit

manifeſtat. Patenter oſtenditur quia ſ
plerumq; cogitacione ſimul ⁊ reuelaci
one generentur Sed nimirum cum ſom
nia tot rerum qualitatibus alternentur.
tanto eis credi difficilius debet. quanto
et quo in pulſu veniant facilius nō elu
cet Sancti autem viri inter illuſiones
atq; reuelaciones ipſas viſionum vo
ces aut ymagines. quodam intimo ſa
pore diſcernunt vt ſciant vel quid a bo
no ſpiritu percipiant. vel quid ab illuſi
one paciantur. Nam ſi erga hec mens
cauta non fuerit per deceptorem ſpiri
tum multis ſe vanitatibus immergit.
quia non numq̄ ſolet multa vera pre
dicere. vt ad extremum valeat animā
ex vna aliqua falſitate laqueare. ſicut
noſtro nuper cuidam certum eſt conti
giſſe. Qui dum ſompnia vehementer at
tenderet ⁊ per longa ſompnium vite huiꝰ
ſpacia ſibi promiſſa ſunt. Cumq; mul
tas pecunias pro longioris vite ſtipen
dijs collegiſſet ita repente defunctus eſt
vt intactas omnes relinqueret et ipſe
ſecum nichil ex bono opere portaret.

Petrus.

Vis ille ſit memini Sed queſo
te ea que cepimus exequamur.
Putamus ne animabus aliquid prodeſ
ſe. ſi mortuorum corpora fuerint in ec
cleſijs ſepulta. Gregorius.

Vbi grauia peccata n̄ deprimūt.
hoc prodeſt mortuis ſi in eccl'ia ſepe
liantur. qd eoꝝ ꝓximi quociēs ad eadē
ſacra loca conueniunt. ſuoꝝ quoꝝ ſepul
chra conſpiciūt recordanť et ꝓ eis dn̄o
preces effundunt. Nā quos peccata gra
uia deprimunt nō ad abſolucōez potius
ꝙ ad maiorem damnacionis cumulū
eorum corpora in eccleſijs ponuntur
Quod melius oſtēdere poterimꝰ ſi ea que
diebꝰ nr̄is geſta ſūt breuiť enarremꝰ.

Ir nāq; uite venerabilis Felix por
tuenſis epſ in ſcauinēſi ꝓuincia
ortꝰ atq; nutritꝰ eſt Qui quandā ſan
ctimonialē feminā in loco eodē fuiſſe te
ſtatur ꝗ carnis quidē continenciā habuit
Sz lingue ꝓcacitatē atq; ſtultiloquiū
nō declinauit Hec igiť defuncta. atq; in
eccleſia ſepulta eſt. Eadē aūt nocte cu
ſtos eiuſdē eccl'ie ꝑ reuelacōez vidit. qz
deducta an̄ ſacrū altare ꝑ mediū ſecaba
tur et ꝑs vna illiꝰ igne cremabať. et ꝑs
altera intacta remanebat. Cūq; hoc ſur
gens mane fratribꝰ narraſſet. ⁊ locū oſtē
deret in ꝗ fuerat igne cōſūpta. ipſa flāme
cōbuſtio ita an̄ altare ī marmoribꝰ ap
paruit ac ſi illic eadē femina igne cor
poreo fuiſſet concremata. Qua ex re
apte dať intelligi. qz hij quibꝰ peccata
dimiſſa nō fuerint ad euitandū iudiciū
ſacris locis pꝰ mortē n̄ ualeāt adiuuari
Iohannes qz vir magnificus in hac vr
be locū prefectoꝝ ſeruans. cuiꝰ grauita
tis atq; veritatis ſit nouimꝰ Qui michi
teſtatus eſt. Valerianū patriciū in ciui
tate ꝗ Brixa dicať fuiſſe defunctum. Cui
eiuſdē ciuitatis epſ accepto precio locū
in eccleſia prebuit in quo ſepelire debu
iſſet. Qui videlicet valerianus vſq; ad
etatem decrepitam leuis ac lubricus ex
ſtitit. modūq; ſuis prauitatibꝰ ponere
contempſit Eadem vero nocte qua ſe
pultus eſt beatus Fauſtinꝰ martir. in cu
ius eccl'ia corpꝰ illius fuerat humatum.
cuſtodi ſuo apparuit dicēs Vade et dic
epo. ut ꝓiciat hinc fetentes carnes quas
hic poſuit qd ſi nō fecerit die triceſimo
ipſe morietur. Quā viſionem cuſtos
epo timuit cōfiteri. et rurſus āmonitus
declinauit. Die aūt triceſimo eiuſdē ciui
tatis episcopꝰ. cum veſpertina hora ſanꝰ
atq; incolomis ad lectū rediſſet ſubita et
inopinata morte defunctꝰ eſt.

deſt ꝙ in pſenti venerabilis frater
venantius luneñſis epūs ⁊ magni
ficus liberius vir nobiliſſimus atq̃ ve-
raciſſim⁹ q̇ ſe ſcire ſuoſq̃ hoīes interfuiſſe
teſtatur ei rei quam narrauit nup i ge-
nuenſe vrbe ɔtigiſſe. Ibi namq̃ ut dicit
valentinus nomine eccleſie mediolanē
ſis defenſor defunctus eſt vir valde lu-
bricus ⁊ cunctis leuitatibus occupat⁹
cui⁹ corp⁹ in eccl'ia beati martiris Sy-
ri ſepultum eſt. Nocte autem media in
eadem eccl'ia facte ſūt voces ac ſi quis
violenter ex ea repelleretur atq̃ trahere
tur foras Ad quas inmirum voces cu
currerūt cuſtodes et viderūt duos q̄ſdā
teterrimos ſpiritus qui eiuſdem valenti
ni pedes quadam ligatura ſtrinxerant ⁊
eum ab eccl'ia clamātem ac nimium vo
ciferantem foras trahebant. Qui videli
cet exterriti ad ſua ſtrata reuerſi ſūt ma
ne autem facto apientes ſepulchrum in
quo iſdem valentinus poſitus fuerat e-
ius corp⁹ ñ inuenerūt. Cumq̃ extra ec-
cleſiam quererēt ubi piectum ēēt inue
nerunt hoc in ſepulchro alio poſitū liga
tis adhuc pedib⁹ ſicut ab eccleſia fuerat
abſtractum. Ex qua re Petre collige q
hij quos peccata ḡuia deꝑmunt ſi in ſa
cro loco ſepeliri ſe faciant reſtat ut etiā
de ſua pſūptione iudicentur quatenus
eos ſacra loca non liberent ſ etiā culpa
temeritatis accuſet

Am quid ꝙ in hac vrbe ɔtigerit
cūctorum qui hic habitant mlt'i
tudo teſtatur ꝙ quidam artis eorum p̄
mus cū defunctus fuiſſet in eccl'ia beati
Iaunarij martiris iuxta portā ſancti lau
rencij a ɔiuge ſua ſepultus eſt. ſequenti
autem nocte ex eadem ſepultura audiē
te cuſtode ei⁹ ſpūs cepit clamare ardeo
ardeo. Cum vero has duas voces emiſiſ
ſet cuſtos hoc ei⁹ nūciauit vxori vxor

vero illius eos qui diligenter inſpicerēt
artis eiuſdem viros tranſmiſit ad eccle
ſiam volens cōgnoſcere qualiter eius
corpus eſſet in ſepulchro de q̄ talia cla-
maret. Qui aperiētes ſepulchrum veſti-
menta quidē intacta repierūt que nūc
uſq̃ in eadem eccl'ia p eiuſdem cauſe te
ſtimonio ſeruantur Corpus vero illius
omnino non inuenerunt ac ſi in ſepul-
chro eodem poſitum non fuiſſet. Qua ex
re colligendum eſt q̄ vlcōe anima ei⁹
dampnata ſit cuius ⁊ caro eſt ab eccle
ſia piecta Quid igitur ſacra loca ſepul
tis pſunt quādo hij qui indigni ſūt ab
eiſdem ſacris locis diuinitus piciuntur

Vid nam ergo Petrus.
eſſe poterit quod mortuorum va
leat animab⁹ prodeſſe Gregori⁹

I culpe poſt mortem inſolubiles
non ſunt multum ſolet animas
etiam poſt mortem oblatio ſacra hoſtie
ſalutaris adiuuare ita ut hoc nunquā
ipſe defūctorum anime expetere videan
tur. Nam pdictus felix epiſcop⁹ a q̄dā
vite venerabili pſpitero qui vſq̃ āte biē
nium vixit et in diocesi ſentūcelenſis vr
bis habitabat atq̃ eccl'e beati iohānis
q̄ in loco que dicitur Tauriana ſita eſt
preerat cognouiſſe ſe aſſerit quod iſdē
preſpiter in eodem loco in quo aque ca
lide vapores nimios faciunt quociens
corpis neceſſitas exigebat lauari ɔſue-
uerat. Ubi dum die quadā fuiſſet ingreſ
ſus inuenit quēdam incōgnitum virū
ad ſuum obſequium preparatum qui ſibi
de pedibus calciamenta abſtraheret ve-
ſtimenta ſuſciperet ⁊ exeunti a caloribꝫ
ſabana preberet atq̃ omne miniſteriū
cū magno famulatu pageret. Cumq̃ h
ſepius fieret iſdem pſpiter die q̄dam ad
balnea iturus intra ſemetipſum cogitās
dixit Viro illi q̄ michi ſolet tā deuotiſſime

ad lauandum obſequi. ingratus appare-
re non debeo Sed aliquid me neceſſe
eſt ei pro munere portare. Tunc duas
ſecum oblacionum coronas detulit qui
mox vt peruenit ad locum hominem
inuenit. atq; ex more eius obſequio in
omnibus vſus eſt. Lauit itaq; et cum
iam veſtitus voluiſſet egredi. hoc quod
ſecum detulerat obſequenti ſibi viro pro
benedictione obtulit. petens vt benigne
ſuſciperet. quod ei gracia caritatis offer
ret. Cui merens afflictuſq; reſpondit.
Michi iſta quare das pater. Iſte panis
ſanctus eſt ego hunc manducare nō
poſſum ego enim quem vides. huius
loci dominus aliquando fui. Sed pro
culpis meis hic poſt mortem deputa-
tus ſum. Si autem michi preſtare vis
omnipotenti deo offer hunc panem. vt
pro peccatis meis intervenias. Et tunc
exauditum te eſſe cognoſce cum huc ad
lauandum veneris. et me minime reper-
eris. In quibus verbis diſparuit et is
qui homo eſſe videbatur euaneſcendo in
notuit quia ſpiritus fuit. Iſdem vero
preſbiter ebdomada continua ſe pro eo
in lacrimis afflixit ſalutarem hoſtiam
cottidie obtulit. et reuerſus poſt ad bal
neum. eum iam minime inuenit. Qua
ex re quantum proſit animabus immo
lacio ſacre oblacionis oſtenditur. quan
do hanc et ipſi mortuorum ſpiritus a
viuentibus petunt et ſigna indicant.
quibus per eam abſoluti videant.

Eq; hoc ſilendum puto quod
actum in meo monaſterio an
te hoc triennium reminiſcor.

Quidam namq; monachus Iuſtus
nomine medicina arte fuerat imbutus.
qui michi in eodem monaſterio conſti-
tuto ſedule obſequi atq; in aſſiduis e-
gritudinibus meis excubare cōſueuerat

Hic itaq; languore corporis preuen-
tus ad extremum deductus eſt. Cui in
ipſa ſua moleſtia frater germanus no-
mine Cupioſus ſeruiebat. qui ipſe quo
q; nunc in hac vrbe per eandem medi-
cine artem temporalis vite ſtipendia ſe
ctatur Sz predictꝰ Iuſtꝰ cū iā ſe ad
extremū peruiſſe cognouiſſet. eidē Cupi
oſo fratri ſuo q2 occultatos tres aureos
haberet innotuit. Qd nimiꝝ fratribꝫ nō
potuit celari Sed ſubtiliter indagan-
tes. Atq; illius omnia medicamenta
perſcrutantes. eoſdem tres aureos inue
nerunt abſconſos in medicamine. Qd
mox vt michi nunciatum eſt. tantum
malum de fratre qui nobiſcum commu
niter vixerat equanimiter ferre non va-
lui. quippe quia eiuſdem mei monaſte-
rij ſemper regula fuerat. vt cuncti fra-
tres ita communiter viuerent quatenus
eis ſingulis nulla haberi propria lice
ret. nimio terrore percuſſus. cogitare ce
pi. vel quid ad purgacionem morien-
tis facerem. vel quid ad exemplum vi-
uentibus fratribus prouiderem. Precio-
ſo igitur eiuſdem monaſterij prepoſi-
to ad me accerſito dixi. Vide et vt nul-
lus ex fratribꝫ ſe ad eum morientē iun
gat nec ſermonem conſolacionis ex cuiuſ
libet eorꝫ ore percipiat. ſꝫ cū in morte cō
ſtitutus fratres exquiſierit ei ſuꝰ carna-
lis frater dicat q2 ꝑ aureos quos occul
tatos habuit. a cunctis fratribꝫ abhomi
natus ſit. vt ſaltē in morte de culpa ſua
mentē ipſiꝰ amaritudo trāſuerberet atq;
a peccato qd ꝑpetrauerat purget. Cū vo
mortuꝰ fuerit corpꝰ illiꝰ cū fratrꝫ corpi-
bus ñ ponat. ſꝫ q̄ libet foſſā in ſterqlinio
facite in ea corpꝰ eiꝰ ꝓiate. ibiq; ſuper eū
tres aureos quos reliqt iactate omnes
ſimul clamantes pecunia tua tecum ſit
in perdicione et ſic eum terra operite.

In quibus vtriſqꝫ rebus vnam morie
tibus alteram vero volui ꝓdeſſe fratribꝫ
viuentibus ut et illum amaritudo mor
tis a culpa ſolubilē faceret ⁊ iſtos auari
cie tāta dāpnacio terreret atqꝫ a culpa
ꝓhiberet. Quod ita factum eſt. Nam
cū iſdem monachus ꝑuemiſſet ad mor
tem atqꝫ anxie ſe quereret commendare
fratribus et nullus ei a fratribus appli
care et loq̄ dignaretur ei carnalis frater
cur ab omnibus fratribꝰ eſſet abhomia
tus indicauit. Qui ꝓtinus de reatu ſuo
vehemēter ingemuit atqꝫ in ipſa ſue tri
ſticia e corpore exiuit qui ita eſt ſepul
tus ut dixerā. Sꝫ fratres omnes ex eadē
eius ſentencia conturbati ceperūt ſingli
extrema queqꝫ ⁊ vilia et que eis habere
regulariter ſemꝑ licuerat ad mediū pro
ferre vehementerqꝫ formidare ne quid
apud eos eſſet vnde reꝑhendi potuiſſēt
Cum vero poſt mortem eius triginta
iam eſſēt dies euoluti cepit animꝰ meꝰ
defuncto fratri cōpati eiuſqꝫ cū dolore
gui ſupplicia penſare et ſi quod eēt erep
cionis eius remedium querere. Tūc vo
cato ad me eodem precioſo monaſterij
mei ꝑpoſito triſtis dixi. Diu eſt ꝙ frater
ille qui defunctus eſt in igne cruciatur
Debemus ei aliquid caritatis impende
re et eum inquantum poſſumus ut eri
piat adiuuare. Vade itaqꝫ ⁊ ab hodier
na die diebꝫ trigīta cōtinuis offerre ꝓ
eo ſacrificium ſtude ut nullus omnino
pretermittatur dies quo ꝓ abſolucōe il
lius hoſtia ſalutaris non offeratur. Qui
ꝓtinꝰ abſceſſit et paruit. Nobꝭ aūt alia
curantibus atqꝫ dies euolutos non nu
merantibus iſdem frater qui defunctus
fuerat nocte quadam fratri ſuo germa
no Cupioſo per uiſionē apparuit. Quē
ille cū vidiſſet inquiſiuit dicēs. Quid ē
frater. Quomō es. Cui reſpōdit. Nunc
uſqꝫ male fui ſed iam modo bene ſum qꝛ
hodie ꝯmunionem recepi. Quod iſdē
Cupioſus ꝑgens ꝓtinus indicauit fra
tribus in monaſterio. Fratres vero ſoli
cite cōputauerūt dies et ipſe dies extite
rat quo pro eo triceſima oblacio fuerat
impleta. Cumqꝫ et cupioſus neſciret qd
pro eo fratres agerent et fratres igno
raſſent quid de illo Cupioſus vidiſſet
vno eodemqꝫ tempore dum cognoſcerꝫ
ille iſti quid egerant atqꝫ iſti ꝯgnoſce
rent ille quid viderat ꝯcordantes ſimul
viſione ⁊ ſacrificio res aperte claruit qꝛ
frater qui defunctus fuerat ꝑ ſalutarem
hoſtiā euaſit ſuppliciū. Petrus.

Ita ſunt valde que dicis ⁊ nō me
diocriter leta. Gregorius

E nobis in dubiū veniant verba
mortuorum confirmāt hec facta
viuēciū. Nā vir vite venerabilꝭ Caſſius
Narmēſis epiſcopus qui cottidianum
offerre conſueuerat deo ſacrificium ſeqꝫ
in lacrimas inter ipā ſacrificiorū archa
na mactabat mādatum domini ꝑ cuiꝰ
dam ſui viſionē ꝑſpiteri ſuſcepit dicens
Age quod agis operare quod operatis
Non ceſſet pes tuus non ceſſet manus
tua Natale apl'orum venies ad me et tri
buam tibi mercedem tuam. Qui poſt an
nos ſeptem ipſo natalicio apl'orum die cū
miſſarum ſolempnia ꝑegiſſet et miſteria
ſacre communionis accepiſſet e corpore

Oc qꝫ quod exiuit.

audiuimus quendā apud hoſtes
in captiuitate poſitum et in vinculis re
ligatum fuiſſe pro quo ſua ꝯiunx diebꝫ
certis ſacrificium offerre cōſueuerat q̄
longo poſt tempore ad ꝯiugem reuer
ſus quibus diebus eius vincula ſolue
rentur innotuit eiuſqꝫ cōiux illos fuiſſe
dies quibus ꝓ eo ſacrificium offerebat
recognouit. Et ex alia nobis re q̄ ante

annos ſeptem geſta eſt certiſſime confir
matur.

Gatus eñi panormitanus epũs
ſicut fideles michi ac religioſi vi
ri multi teſtati ſũt atq; teſtãtur cũ beate
memorie anteceſſoris mei tempore iuſ
ſus eſſet vt romã veniret vim nimie tẽ-
peſtatis pertulit ita ut ſe ex tanto vnda
rum piculo euadere poſſe diffideret· nau
ta vero illi⁹ varaca noĩe qui nũc eiuſdẽ
eccl'ie clericatus officio fungiť poſt na
uẽ carabũ regebat ruptoq; fune cũ eo
dem carabo quem regebat inter vndarũ
cumulos repente diſparuit· Nauis autẽ
cui epiſcopus preerat tandem poſt mul
ta pericula ad Oſticam inſulam flucti
bus quaſſata peruenit· Cũq; die tercio
epiſcopus nautam qui ab eo abrept⁹
in carabo fuerat· In nulla maris parte
viderit apparere vehementer afflictus
mortuum credidit ſed per obſequium
caritatis viuo vnum quod mortuo de
bebat impendit ut omnipotenti deo pro
abſolucione eius anime offerre ſacrifici
um victime ſalutaris iubet quo oblato
reſtaurata naue perrexit ad ytaliam·
Cumq; ad romanum portum veniſſet il
lic nautam reperit quem mortuum pu
tabat· Tunc inopinata exultacione
gauiſus eſt et eum qualiter tot diebus
in illo tanto maris periculo viuere po-
tuiſſet inquiſiuit· Qui videlicet indica-
uit quociens in illius tempeſtatis flucti
bus cum eodem quẽ regebat fuiſſet ca-
rabo verſatus qualiter cum illo vndis
pleno natauerit et quociens eo a ſupe-
riori parte deorſum verſo ipſe carine ei⁹
ſupſederet adiungẽs cum diebus ac no
ctibus hoc inceſſanter faceret iamq; ei⁹
virtus funditus ex fame ſimul et labore
decidiſſet quo enim ordine diuina miſe
ricordia ſeruauerit indicauit. Etenim
quod eciam nunc uſq; teſtatur dicens
laborans in fluctibus atq; deficiens ſu
bito mentis pondere ſum grauatus ita
ut neq; vigilare me crederem neq; de-
preſſus ſompno eſſem· Et ecce in eodem
medio mari me poſito quidã apparuit
qui michi panem ad refectionem detu
lit· Quem mox ut comedi vires recepi
nec longe poſt nauis tranſiens affuit
qui me ab illo vndarum periculo ſuſce
pit atq; ad terram deduxit· Quod ſcili
cet epiſcopus audiẽs requiſiuit diem
atq; illo fuiſſe die reperit quo pro eo
preſpiter in oſtica inſula deo omnipotẽ
ti hoſtiam ſacre oblacionis ymmolauit

A que   Petrus

narras ipſe quoq; in ſicilia poſi-
tus agnoui·   Gregorius

Odirco credo quia hoc tam aper-
te cum viuentibus ac neſcientib⁹
agitur vt cunctis hec agentibus atq;
ſcientibus oſtendatur quia ſi inſolubi-
les culpe nõ fuerint ad abſolucionem
prodeſſe eciam mortuis victime ſacre
oblacionis poſſint· Sed ſciendum eſt
quia illis ſacre victime mortuis pſunt
qui hic viuendo obtinuerunt· Vt eos
eciã poſt mortem bona adiuuent que
hic pro ipſis ab alijs fiunt· Inter hec
autem penſandum eſt ꝙ tucior ſit via
vt bonum quod quiſq; poſt mortem
ſuam ſperat agi per alios agat ipſe dũ
viuit per ſe. Beati⁹ quippe eſt liberum
exire quam poſt vincula libertatem que
rere· Debemus itaq; preſens ſeculum
vel quia iam conſpicimus defluxiſſe to-
ta mente contempnere cottidiana deo
lacrimarum ſacrificia cottidianas car-
nis eius et ſanguinis hoſtias ymmolare
Hec namq; ſingulariter victima ab e-
terno interitu aĩam ſaluat que illã no-
bis mortem vnigeniti p miſteriũ repat

Qui licet reſurgens a mortuis iā non
moritur ⁊ mors ei vltra non dominabi
tur/tñ in ſeipſo immortaliter atq₃ incor
ruptibiliter viuens ꝓ nobis iterū in hͦ
miſterio ſacre oblacōis immolatur · Eiꝰ
quippe ibi corpꝰ ſumitur eius caro in
ppl'i ſalutem partitur eius ſanguis nō
iam in manus infidelū ſed in ora fide-
lium funditur . Hinc ergo penſemus
quale ſit ꝓ nobis hoc ſacrificium quod
ꝓ abſolucōe noſtra paſſionē vnigeniti
filij ſemꝑ imitatur · Quis eñ fidelū ha
bere dubiū poſſit in ipſa ymmolacōis ho
ra ad ſacerdotis vocem celos aperiri in
illo ihesu xp̄i miſterio angelorꝝ choros
adeſſe ſummis yma ſociari terrena cele
ſtibus iūgi vnum ꝗ ex viſibilibꝰ atq₃
inuiſibilibus fieri · Sed neceſſe ē ut cū
hec agimus noſmetipſos deo in cordis
contricōe mactemus q₂ qui paſſionis
dominice miſteria celebramus debemꝰ
imitari quod agimus · Tunc g̊ vere ꝓ
nobis hoſtia erit deo cum nos ipſos ho
ſtiam fecerit · Sed ſtudendum nobis ē
ut eciā poſt oracōis tempora inquantū
deo largiēte poſſumꝰ in ipſo animū ſuo
pondere ⁊ vigore ſeruemus ne poſt co
gitacio fluxa diſſoluat ne vana mentē
leticia ſubrepat et luctum ꝯpunctiōis
anima ꝑ incuriā fluxe cogitacōis ꝑdat
Sic quippe qͦd popoſcerat Anna obti
nere meruit q̄ ſe poſt lacrimas in eodē
mētis vigore ſeruauit · De qua inimirꝝ
ſcriptū ē vultuſq₃ eius non ſūt amplius
in diuerſa mutati · Que igiť non eſt ob
lita quod pecijt non eſt priuata mune-
re quod popoſcit · Sed inter hec ſciendͦ
eſt q₂ ille recte delicti veniam poſtulat
qui prius hoc quod in ipſo delinquitur
relaxat · Munus eñ nō accipiť niſi añ
diſcordia ab animo pellatur dicente ve-
ritate · Si offers munus tuū ante alta-
re ⁊ recordatus fueris q₂ frater tuus ha
bet aliquid aduerſū te relinq̄ ibi munꝰ
tuum ante altare ⁊ vade prius recōcili-
ari fratri tuo ⁊ tunc veniēs offeres mu-
nus tuum · Qua in re penſādum eſt cū
omnis culpa munere ſoluatur ꝗ̄ grauis
eſt culpa diſcordie ꝓ qua nec munꝰ ac
cipitur · Debemus itaq₃ ad ꝓximū ꝗuis
longe poſitum longeq₃ diſiūctum mēte
ire eiq₃ animum ſbdere humilitate illū
ac beniuolencia placare ut ſcilicet ꝯdi-
tor noſter dum tale placitū noſtre men
tis aſpexerit a peccato nos ſoluat quia
munus ꝓ culpa ſumit · Veritatis autem
voce atteſtāte didicimꝰ q₂ ſeruꝰ qui de-
cē milia talenta debebat cū penitēciam
ageret abſolucionem debiti a dn̄o acce
pit · Sed q₂ cōſeruo ſuo centum ſibi de
narios debenti debitum non dimiſit ⁊ hͦ
iuſſus exigi quod ei fuerat iā ꝑ peniten
ciam dimiſſū · Ex quibꝫ videlicet dictis
cōſtat q₂ ſi hoc qͦd in nos delinquiť ex
corde non dimittimus et illud rurſus
exigitur quod nobis iam ꝑ penitēciam
dimiſſū fuiſſe gaudebamus · Igitur dū
ꝑ induiti temporis ſpacium licet dum iu
dex ſuſtinet dum ꝯuerſionem noſtrā is
qui culpas examinat expectat cōflemus
in lacrimis duriciā mētis formemus in
ꝓximis graciā benignitatis · Et audenter
dico q₂ ſalutari hoſtia poſt mortem nō
indigebimus ſi ante mortem deo ipſi ho
ſtia fuerimus ·

Explicit liber quartus
Dyalagorꝝ gregorij.

S 8/41

Collated and perfect
except the last blank
leaf is absent.
pp B. Quaritch Ltd
NB.

9/00

DIALOGI

S.

GREGORII

SINE

LOCO

ET

ANNO

BOZERIAN